ſũmus finis/ et ſummũ bonum. nam finem et et bonum idem eſſe docuimus Erit
quoq; idem pꝛincipium et cauſa. inde ſiquidem motus eſt: cum eius gratia oĩa
M omnes agant. Intelligere michi videoꝛ inquit: ac pꝛobe tenere: quare ad alia ſi ti-
L bi videtur pꝛogrediare. Age nunc inꝙ hic quid ſit extremus finis videamus. hoc
M enim ſecundo erat loco in queſtione pꝛopoſitũ. De nomine quidem (inquit Ari-
ſtoteles) apud omnes cõuenit. felicitatem enim vulgus/ eruditiq; appellãt. Sed
ipſa felicitas quid tandem ſit: de eo ſane inter ſe diſcrepant: nec idem vulgus/ ſapi-
enteſq; tradiderunt. at enim ne ſapientes quidem. Nulla enim vnꝙ de re fuit int̃
philoſophos tanta contentio: nam alii voluptatem eſſe id extremum/ et vltimum
quod pꝛopter ſeipſũ expetitur: ⁊ cuius gratia cetera agimus: aſſeuerant. Eſſe qui
dem id inſitum mentibus noſtris: vt omnia faciamus/ atqꝫ patiamur: quo poſtea
in gaudio/ et letitia contẽti/ et quieti viuere poſſimus. Ea eſt autem ſũma/ et me-
ra voluptas. Ex quo fit vt pꝛincipia vel appetendi aliquid vel fugiendi: a volu-
ptate/ doloꝛeqꝫ pꝛoficiſci videantur. quare et ipſas quidem virtutes cenſent ideo
ab hominibus exerceri debere: quia effectrices ſint plurimarum voluptatũ. con-
traq; cũ delictoꝛũ/ ſcelerũq; cõſcientia nos vexet et ãgat: tum inanes cupiditates

ꝓ

quarum ſtultorū vita referta eſt omnis: ſolicitent mentes/ ⁊ quietas eſſe nequaq̄
ꝑmittāt. Itaq̄ȝ cum eſſe ſapientis delectū aiunt vt pretermittendis minoribus: ſi-
bi maiores comparet voluptates: et doloribus paruis ſuſcipiendis: maiores/ gra
Eudoxus / Ariſtippus / Epicurus / Democritus — uioreſq̄ȝ repellat. In hac fere ſententia Eudoxus/ et Ariſtippꝰ/ ⁊ Epicurus fuere.
etſi eorū alius plus/ alius minus tribuerit corporeis voluptatibus. His adiicien-
dus eſt Democritus: qui obſcure quidē et verbo pene inſolēti Euthimiā ſummū
bonū eſſe dixit: quaſi tranquilitatem quandā animi/ omni moleſtia vacantis. Alii
vero in vſu virtutis felicitatem poſuere: atqȝ ex eo beatam conſtare vitā cenſent.
Eſſe enī quoddā propriū hoīs opus: ad quod agendū natus ſit. id autem non eſſe
viuere: quia cōmune ſit etiā plantis. nō ſenſū habere: quia commune ſit et brutis:
ſed vitam / et actus ſecundū rationē: qua qui bene/ excellenterq̄ȝ vtēr: id propriū
opus ad quod agēdū natus ſit: bene abſoluat. Eumq̄ȝ bene viuere/ ac bene agere:
in eoqȝ ſitum eſſe ſummū illud hominis (quod querimꝰ) bonū. In hac ferme opi-
Ariſtoteles. / Teophraſtꝰ / peripatetici — nione Ariſtoteles et Theophraſtus et ceteri omnes Peripatetici fuere. Sed cum
quererē nunq̄d foret hec vita in poteſtate ſapientis: id eſt an ſibi ipſi per virtutē
hanc/ preſtare vitā bonus vir poſſit: multe difficultates ſuboriri videbanē. fieri enī
poteſt vt ſapiens et bonus vir/ et omnibus virtutibus inſtructus/ atqȝ ornatus: in
exilium/ in orbitatē/ in egeſtatē detrudaē: amiſſa patria/ ablato patrimonio/ filiis/
propinquiſqȝ necatis. preterea vt in carcerē tyranni/ vt in eculeum/ vt in ſupplicia
grauia/ et miſeranda incidat. Hunc igitur quāq̄ȝ virtutibus abundantē: tamē bea-
tum dicere tantis in malis quis poteſt? quod ſi ita eſt/ nec virtus ipſa ſatis videtur
ad beate viuendū. Ob hec ii de quibꝰ loquor philoſophi tria bonorū genera di-
ſtinxerunt: animi/ corporis/ externa. Felicitatē in bonis animi reponunt: que ſunt
maxima ac precipua bona. Corporis aūt/ et externa adeſſe homini oportere aiūt:
non vt illa ex ſeſe beatā cōficiant vitam: ſed ne operationes virtutis in quibus bea
ta vita conſiſtit impedianē Etenī ſupplicicis/ doloribuſque affectū corpus: neqȝ cō
templari quicq̄ȝ/ nec agere permittit. et egeſtas/ exiliūq̄ȝ impediūt multa: cū tanq̄ȝ
illis inſtrumēta deſint ad agendū. Quid ergo: miſer erit ſapiens in iis que ſupra
enumerauimus malis? certe non miſer. habitus enī virtutis illū ab hac infami ap-
pellatione defendit. ſed nec etiā beatū tantis in calamitatibus nuncupabo. Beata
enim vita omnis: optabilis eſt/ et plena gaudiorum: hec vero calamitoſa nequaq̄ȝ
Zenon / Stoici — optabilis: nec beata igiē. Hec peripateticorū ferme eſt ſūmo de bono/ vitaqȝ bea-
ta ſētētia. Nec eſt dubiū quin (etſi parū) tamē aliq̄d fortune tribuaē. Itaqȝ Ze-
non quiqȝ a zenone ſunt ſtoici/ rigidi nempe homines et ſeueri/ aliter de ſūmo bo
no opinati ſūt. Negant enī quicq̄ȝ bonum eſſe preter honeſtum: in eoqȝ vitā beatā
conſiſtere affirmant. Honeſtū autem eſt quod bene et laudabiliter et ex virtute fit.
Ut enim quod timide: quod libidinoſe: quod abiecte agitur: turpe diciē/ ac dede-
coris plenū: ſic quod fortiter/ quod cōtinenter/ et quod ex dignitate agitur: hone-
ſtum/ decorum/ pulchrum nuncupamus. Corporis aūt et fortune cōmoda: negāt
eſſe bona. cōtraqȝ illorū incōmoda/ negāt eſſe mala Uirtutē vero ſatis eē ad beate
viuēdū putāt: neqȝ carcere/ neqȝ tormētis/ neqȝ doloribus vllis/ aut egeſtate/ exi
lioue: beatā vitā impediri. Uirum enī ſapientem/ ac vere fortē/ magno/ inuictoq̄ȝ
animo totum ex ſeipſo pēdere: nec humanos caſus/ neqȝ fortune minas expaue-
ſcere: nec illis ſi accidant vnq̄ȝ frangi. non enim exiliū/ nec paupertatē/ nec dolores
mala eſſe ſapienti. Quoniā vt nichil bonum preter id quod honeſtum/ et cum vir-
tute: ſic etiam nichil malū niſi quod turpiter/ et cum vicio fit: quod in ſapientem
nequaq̄ȝ cadere poteſt. Qȝ ſi fortunam metuat quis: nunq̄ȝ erit beatus: cum etſi
non facta: attamē facienda formido illius mutabilitatis ſollicitum reddat. Hec fer
me eſt (ni fallor) Stoice diſcipline forma/ neſcio an vera: ſed certe maſcula/ atqȝ ro
buſta. Percurri tibi ſententias omnes de ſummo bono: que quidem cognitu di-
gne videbantur: de quibus ſcire velim quid tandem exiſtimes. ego ne inquit fate M

M

bor tibi quid michi acciderit. Singulis (dum a te referebantur) me me totum addi
xi. Nam voluptate/ et vacuitate doloris que prima fuit ſentētia: nichil optabilius
viſum eſt. Quid enim beatius aut eſſe/ aut excogitari poſſit: q̄ȝ vita gaudiorū ple-
na/ omni moleſtia detracta? aut quid deorum immortalium vite ſimilius imagina
ri poſſimus? qui cum ſint vere felices/ atqȝ beati: hoc beatitatis inſtar nobis mor-
talibus reliquiſſe videntur. Rurſus vero cum ad virtutis ſplēdorē oculos erexi:
victus excellentie laude/ vſqȝ adeo contempſi equidem/ ac poſthabui voluptatem
vt etiam doloribus/ et moleſtiis comparandam eam beatitudinem exiſtimarem.
Corporis vero commoda: externamqȝ rerum proſperitatem/ quaſi neceſſariā in
bonis reponebam. Ecce alteri exurgentes negant quicq̄ȝ tale in bonis habēdum:
dantqȝ homini poteſtatem ſeipſum per ſe in beatitudinē aſſerēdi: quo quid opta-
bilius eſſe poteſt? ita cū oēs ad ſe rapiāt: ambiguus ſū quid maxīe putē recipiēdū.
L Nō eſt mirū inquā ſi tibi horū ſinguli probāē: nā vulgus q̄dē philoſophorū qui
abſurda dicebant: iā pridē auditores/ ſcholeqȝ ipſe reſpuerūt. he reſtāt diſciplnie:
M q̄ aliq̄d dicere videāē: q̄ etſi verbis pugnēt/ re tamē/ et effectu q̄ȝ proxime ſūt. Quo
L modo proxime inquit? An poteſt quicq̄ȝ eſſe diſtantius? Attēde inq̄ȝ: an tibi pro-
ximitatem hāc ſatis probare videor? Primū enim Stoicos a Peripateticis quid
differre putas? Utriq̄ȝ profecto beate vite dominā/ effectricemqȝ virtutem conſē-
tiunt. In hoc fere totum eſt. et qui in vno hoc conſentiunt: vix in aliis diſſentire
poſſunt. Nam de corporis/ externiſq̄ȝ commodis que alii bona appellant: alii non
bona: id non refert quantum quiſqȝ illis tribuerit/ ſi non: plus his q̄ȝ illis de ver
bo differentia eſt/ non autem de re. q̄ alteros vſitatum verbum delectat: alte-
ros nouum. que enim hi bona et mala/ illi prepoſita et reiecta appellāt. De fortu-
ne vero doloribus/ tormentiſqȝ corporis diuerſitas eſt: et quidē non magna. Pe-
ripatetici enim non a quibuſuis calamitatibus vitam beatam depelli putant: ſed
ab ingentibus/ et multis. et hec ipſa ſi accidant ſapienti: nequaq̄ȝ eum miſerū fie-
ri dicunt. Stoici vero etiam in his ipſis calamitatibus beatum aſſerūt. Uides er-
go q̄ȝ parum interſit inter hos duarum ſectarum magiſtros. Quinetiam volupta
tis patroni: non multum ab his diſcedunt. Felicitas enī abſqȝ voluptate eſſe non
poteſt. adeo enim implicita eſt illi/ annexa voluptas/ vt ſeparari nequeat. Nomē
certe ipſum quo beatitas deſignatur: a gaudendo apud grecos tractum eſt: quaſi
vita quedam gaudioſa. Actio enim virtutis/ ſcientiaqȝ/ et contemplatio: conſciē
tia deniqȝ ipſa recte factorum: immenſas quaſdam voluptates continet: vt dubi-
um fiat: hec propter illam / an illa propter hec expetatur. Clamat enim Epicu-
rus ipſe/ nō poſſe cum voluptate viui niſi iuſte/ temperate/ prudenterqȝ: viuatur.
neqȝ rurſus iuſte/ prudenter/ temperate: niſi cum voluptate. Ita cum tres ſint phi
loſophorum ſecte omnes profecto aut idem / aut prope de ſummo quidem bono
dicere videntur. quare non multum tibi formidādum eſt: vt dum alteros ſectaris/
M ab alteris contingat te abcedere longius. Perq̄ȝ gratum michi eſt inquit hanc
(vt ita dixeri) cōciliationē philoſophorū audiuiſſe. nec placuit modo/ tua de hiſce
rebus diſputatio: verum etiam placauit inquietam mētem (cui nā potiſſimum in-
hereret) heſitantē. Sed reſtat iam tibi tertia illa pars (cum ſit ne finis aliquis extre
mus/ et ſūmus/ ⁊ quis ſit conſpexerimus) vt nunc quibus rebus ad illud veniatur
L oſtendas. Tute inquam ipſe viam non ex ſuperioribus dictis iam hinc diſcernis?
M Diſcerno inquit/ virtutes enim beate vite dominas / effectriceſq̄ȝ conſentio. ſed
L tamen de his ipſis audire percupio. Audi igitur inq̄ȝ etſi nō ad viuum reſerare ꝓ-
poſitum eſt: ſed quantum ad euidentiam nunc ſat erit/ breui diſcurſu pertingere.
M Hoc ipſum inquit nunc poſtulo/ de ſingulis vero ſi ambigam / alias. Cum igitur
L per virtutes ad beatam vitam perueniatur: ab his enī honeſtas/ voluptaſqȝ vera
exiſtit. De virtutibus ipſis dicere aggrediar: atqȝ illud primum a nobis intelligē-
dum eſt. virtutem omnem eſſe animi affectiōem cōſtantem: quam cōmuni nomie

habitū vocāt.vt enī equū ſic a natura generatū videmus:vt ⁊ currere et in gyrum
flecti et portare equitē poſſit:hec tamē ipſa nō perfecte agit niſi cū domitus et ex-
ercitatus eſt:ita aſſuefactus/ vt illa bene/ ⁊ ſciēter agat.tūc enī perfectū quoddā ha
bere videt᷑: ſic et homo a natura aptus per exercitationē/ et aſſuetudinē habitū iu
ſtitie/ et tēperantie/ ceterarūqꝫ ꝟtutū nāciſcit᷑.vt tūc demū perfectū ab vſu ſit:qꝺ a
Uirtus natura fuerat inchoatū.Et de ꝟtute qꝺ ē oī in hūc fere modū accipiendū eſt/ habi-
tum ſcilicet eſſe animi/ exercitatiōe/ vſuqꝫ acquiſitū/ vt iā perite et ſciēter opus ſuū
perficiat.Uirtutū vero ipſarū ꝑma partitio eſt:vt alie ſint moris:alie intellectus.
Cōueniūt vero in eo ꝙ ſūt habitꝰ. Differūt enī ꝗa morales ſiūt in ea parte animi:
ꝗ non habet rationē:intellectiue aūt ī ea parte ꝗ rationē habet. Preterea morales
virtutes mediocritates quedā ſunt inter exceſſū ⁊ defectū:intellectiue aūt exceſſū
nō habēt:nec ſūt mediocritates. Inſuꝑ morales circa affectus et actus:ītellectiue
aūt circa veri deprehenſionē magis verſant᷑. Sūt vero ītellectiue ꝟtutes quinqꝫ
Sapiētia/ Sciētia/ Prudētia/ Intelligētia/ et Ars:moraliū aūt maior eſt nūerus.
vt enī affectus ſūt humani/ qui nos inflectūt et ducūt:ita ꝟtutes aduerſus hos op
poſite reſiſtūt.Ex quo ſit vt morales quidē ꝟtutes oēs circa difficile arduūqꝫ ver-
ſent᷑.difficile eſt enim libidines quaſi freno cōpeſcere.difficile eſt iracundiā tenere
diff.cile auaritiā coercere.idē eſt de aliis affectiōibus nr̄is. Ad que enī proni natu-
ra ſumus:aduerſus illa virtutes opponunt᷑. Nil agas timide/ dicit virtꝰ:nil intēpe
ranter/ nil auare/ nil iracunde/ nil inique/ nil abiecte/ grande potius quoddā tibi ꝓ
poſitū ſit.et ſi aſſint facultates magnificētia ſplēdeat.Honores vero ita ꝓſequare:
vt declines ambitionē.veritas:et ī oī ſermone/ ⁊ in oī vita eluceat. Preterea caue
Fortitudo ne te virtutis ſpecie decipiat vicium. Incōſulta audacia/ fortitudo non eſt:ſed te-
meritas potius/ et inſania:tanqꝫ eſt in vicio qui nō timēda formidat:ꝙ ꝗ timenda
oīno nō paueſcit.Sit timor in periculis:ita tamē vt ſi perferenda ſint:ratio vincat/
ſuperetqꝫ terrorē. At graue eſt vulnera excipere/ graue mortē obire:ſint ſane iſta
(ſi ita vis) etiā grauiſſima.tamē incidūt tēpora in ꝗbus honeſta mors:turpi fuerit
vita a ſapiēte ꝑferēda.⁊ vulnera ꝑ gloriā excipere ꝑſtet:ꝙ ꝑ ignominiā corpus in-
tegrum ſeruare.Hinc fortitudo illa mirabilis exiſtit.ſpecioſiſſima ꝓfecto virtus/
oratorū cāpus:ꝗ tanto fauore hoīm excepta eſt/ vt et defūctorū ſtatuas videamꝰ
fere habitu militari:quaſi preclarū ſit hoc potiſſimū genere laudis/ in vita claru-
iſſe.Cōmune certe virtutis nomē:fortitudo ſola/ ī ſuā ꝓpriā appellationē cōuertit.
nec ſane īmerito. Uirtus enī a viro dicit᷑:vir aūt/ cōſtans aliquid/ et pugnax deſi/
Ceſar gnare videtur:itaqꝫ illud in promptu eſt ſi viri eſtis id eſt ſi fortes. Et Ceſar mili-
tes increpans inquit ſe non tantum virtutem in milite deſiderare ꝙtum modeſti-
am:virtutem haud dubie pro fortitudine ponens. Itaqꝫ vt in multis aliis ita in
hoc preclarius greci ꝙ nos.fortitudinem enī illi andriā vocāt: id īportat (vt ver-
Temperātia bū de verbo exprimat᷑) virilitatē. Nā tēperantia cōmunis quidē eſt nec viri ſolū:
verū etiā mulieris.fortitudo aūt propria viri eſt. Verſat᷑ aūt tēperātia circa libidi
nes cōpeſcendas.atqꝫ vt fortitudo a fuga nos reuocat/ ſic temperātia ab inſequē-
do coercet: vt quodāmodo inter ſe cōtrarie/ vna ad preliū cohortari/ altera rece-
ptui canere videat᷑.Eſt aūt tēperantia circa eas voluptates/ ꝗ et nobis cōmunes
ſūt cū ceteris aīantibꝰ.ex quo nō ꝓprie ille quidē hoīs voluptates:ſed magis ſer-
uiles/ beſtialeſqꝫ habent᷑.Diximus de affectibus animi in metu et libidīe.Quid?
Liberalitas auaritie nōne arduū eſt frenū īponere?aduerſus quā īmoderationē ꝟtus eſt/ quā
dicimꝰ liberalitatē.ea eſt mediocritas ꝗdā in acquirendis/ erogandiſqꝫ pecuniis/
remota quidē ab auaritie ſordibus:remota etiā a prodigalitatis amētia. auari eſt
enī nimia acquirēdi cupiditas/ et remiſſior quā oportet expendēdi cura.Hec autē
duo cōtra in ꝓdigo.nā ⁊ diſſolutus in acquirendo/ ⁊ profuſus in largiēdo.Eſt ho
rū medius liberalis vbi/ et quando/ et quātum capiēdum/ erogādumqꝫ ſit tenet:
Modeſtia et rationē ſecutꝰ/ habitū iā iſta agēdi ab vſu cōtraxit.Sꝫ vt circa pecuniarū cupi
ditatem liberalitas: ſic etiā circa cupiditatem honorum alia quedā virtus exiſtit



ambitioni ꝯtraria:nomen vero nequaqꝫ ſortita.Sunt enī quidā plus ꝙ oporteat
honoribus inhiātes: ꝗs dicimus ābitioſos.Hi ferme idē in honoribus faciūt:qꝺ
auari in pecuniis comꝑandis.Aliī et ꝗs honeſte cōſequi poſſunt honores:abiecti
one quadā animi ꝑtermittūt. Inter hec vicia ꝟtus eſt ꝗdā intellecta quidē aperte:
ſed nō aperte noīata.At enī ⁊ liberalitati/ et huic ꝟtuti que eſt circa honores: due
ꝑclariſſime virtutes ꝯiūcte ſunt:magnificētia ⁊ magnaītas.quaꝝ magnificentia/ magnificētia
ſublimior ꝗdā liberalitas eſt:circa ſumptus ingētes ⁊ magnos.vt ſi quis ad vſum Magnanītas
ppl̄i theatꝝ edificet:vt ludos exhibeat megalēſes/ aut gladiatoꝝ munus/ aut epu
lum publicū.Hec enī ⁊ huiuſmodi que priuatū ſupra modum excedūt:ſplēdorem
quēdam habēt eximium:nec liberalia mō/ ſed etiā magnifica dicunt᷑.magnificētia
igitur ad liberalitatē talis eſt.eodēqꝫ modo magnaītas ad illam aliā virtutem:que
circa honores ꝟſat᷑.Eſt enī fere eadē niſi ꝙ magnitudīe animi/ ꝓpoſitoqꝫ ſublimi
excedit vt ſi maximi dignus ſit:maxios ſibi honores arrogare non vereat᷑.Proxi
ma eſt māſuetudo:et ipſa quoqꝫ adūſus cupiditatē cōſtituta:non pecuniaꝝ/ neqꝫ Māſuetudo
honorū/ ſed vindictaꝝ.Eſt enim ira vlciſcendi cupiditas:cui reſiſtit māſuetudo ne
plus nimio efferat᷑.Huiꝰ exceſſus iracūdia.Defectus ꝟo ſegnities:vtraqꝫ in vicio.
mediocritas vero laudabilis:ꝗ ⁊ pro quibus/ et aduerſum quos/ et ꝙtū oporteat
M iraſcitur.Hic ille ſublatis in me oculis quaſi admiraret᷑:mediocritatē inquit iſtam
cetere quidē ꝟtutes ꝗ adhuc a te cōmeōrate ſunt recte/ ſuſcepiſſe videbant᷑.man-
ſuetudo aūt (admiror) ſi hāc ſuſcipiat mediocritatē. Iam enī ſi hoc fatemur:illud
quoqꝫ ꝯfitendū erit iram quandā eſſe laudabilē:de quo (vt veꝝ tibi fatear) valde
equidē ſubſiſto:quas vero cauſas ambigēdi habeam:ſi non tibi mea hec int᷑pella
L tio moleſta eſt:exꝑmere conabor.Tu ꝟo inꝗ arbitratu tuo/ non enī mei cauſa ſer
M mo hic inſtitutus eſt: ſed tui.Puto igit᷑ inquit nullā iram eſſe laudabilē: qꝺ ſi non
laudabilis/ neqꝫ cum ꝟtute:qm̄ oīs virtus laudabilis eſt. Uirtus enī excellētiam
et preſtātiā dicit.nichil vero eſt oīm:qꝺ non abſqꝫ ira melius faciant hoīes ꝙ irati.
Quid enī eſt ira:niſi ebulitio quedā/ ⁊ cōcitatio maturo/ ſtabiliqꝫ ꝯſilio ⁊ tranꝗlli-
tati rōnis aduerſa?Itaqꝫ nō alia tam crebro penitēda hoībus incidūt: ꝙ illa que
per iram gerunt᷑.nam recta quidē illa ratio (qua nulla carere virtus poteſt) ſedati-
onem animi/ ſerenitatēqꝫ requirit.ira vero perturbat/ ⁊ cōcitat:vt non ſolū mentis
iudiciū/ ſed corꝑis etiā laudabilē ſtatum ꝑuertat:illa quidē atqꝫ detorꝗat.furētes
oculi/ et trementia labra/ verba int᷑rupta atqꝫ infracta/ iactatio brachioꝝ inſana/
ꝓgreſſio amēs:hec aūt (vt tua pace dixerim) furori ꝓpiora michi vident᷑ ꝙ ꝟtuti.
atqꝫ perabſurdū eſt rectam quidē rōem in ꝟtutibus dn̄ari dicere:iram ꝟo que nos
a recta rōne dimouet in ꝟtutibus aliqn̄ eſſe fateri.⁊ hunc ſeruatuꝝ eſſe modum in
rebus agendis credere:qui in ſeipſo modū non ſeruat. Vident᷑ porro ⁊ ſapientes
viri:hoc ipm̄ (qꝺ mō dixi) aptiſſime teſtificari.Sunt enī vt videmus:libri cōplures
adūſus iram ab illis ꝯſcripti.qui vero ꝯtra iniraſcentiā ſcripſerit:nemo adhuc qꝺ
equidē ſciam repertus eſt/ quaſi nō iraſci laudabile ſit:iraſci vero vicioſū.Qꝫ ſi irā
nunꝙ laudabilem eſſe cōſtat:ſequit᷑ vt mediocritas nulla eius ſit:ſed oēm penitus
L huiuſmōi ꝑturbatiōem animi eſſe improbādā.Tum ego non ignoro inꝗ iſta dici
ſolere/ ab iis qui contra Peripateticos diſputāt: ſed tn̄ refert quid quiſqꝫ ſentiat.
Queris num excādeſcentiā/ vehementēqꝫ iracūdiam probem?Negabo equidē/
atqꝫ deteſtabor.Quid enī amētius?qꝺ furori ſilius?Queris rurſus num īraſcen
tiam/ et ſegnitiem omni tp̄e laudem.hanc rurſus vicio ducam/ atqꝫ reprehēdam.
Etenī peto abs te ſi ſeruus parētem ꝟberet tuū:aut ſi filie ꝟgini vim afferat/ num
tu hec aſpiciēs aīo trāquillo eē debeas?vel potius motu ꝗdā animi ad infringen-
dam illius ꝯtumeliā inſurgere?Rn̄debit ꝓfecto pietas ipſa/ et ratio:reꝑhendēdū
eſſe te/ niſi pro tanta parētis/ filieqꝫ īiuria indignatiōem ſuſcipias/ ⁊ ad vīdicandū
cum acritate quadā vehemētiori perciteris.Quid enī queſo agat filius:ꝯtumeliā
parētis indignā cernēs?Stabit credo eodē aīmo/ atqꝫ vultu quo fuerat ꝑus:nec

cū tam cariſſimi/ atqꝫ cõiunctiſſimi iiuria cõmouebit? Et quis non hūc deteſteť/
atqꝫ reprehendat? Ita fit vt ira quedā nõnunꝙ laudabilis ſit/ et nõ iraſci in vicio
reponať. Uidetur porro neqꝫ ſenſū/ neqꝫ mentē habere/ qui vſqꝫ adeo hebes/ ⁊ diſ
ſolutus eſt/ vt neqꝫ doleat/ neqꝫ grauiter ferat: cū patrie/ cū parētibꝰ/ cū filiis/ cū ce
teris (quos cariſſimos habere debemus) contumelie inferunť. Neqꝫ ſane verum
eſt qđ dixiſti: nichil eſſe oīm qđ nõ abſqꝫ ira melius fiat. Iuuāt eni interdū/ ⁊ certe
decent ſtimuli quidā/ et motus animi vehemētiores ꝓ indignitate flagitii/ nõ im=
merito ſuſcepti: qui nos ad pietatē/ fortitudineqꝫ impellūt. Nā quod ais neminē
adhuc cõtra iniraſcentiā ſcriptitaſſe: ignorare michi Ariſtotelē videris: qui vbiqꝫ
Amicitia — ſcriptorū ſuorū ſegnitie/ et iniraſcētiā iſtā magnopere dānat. Itaqꝫ vt tu iracūdū
Affabilitas — illū furenti: ſic ego diſſolutū hunc/ et ſegnē mente capto aſſimilabo: qui nec ſētire/
neqꝫ curare/ neqꝫ affici vlla re videatur Sed hec ſatis. Ad reliqua inſtituti operis
reuertamur. Diximus de māſuetudine/ atqꝫ illius extremis. In vita autē et cõuer
ſatione multi peccant: nam reperiunť quidā contētioſi diſplicentes/ duri difficiles
inhumani. Contraqꝫ alii adulatores/ placēdi ſtudio oīa aſſentātes. Hec vtraqꝫ
vitanda ſunt. Media vero inter hec virtus eſt amicitie ſimilis procul ab aſſentati
Ueritas — one: procul a cõtentioſa aſperitate. Eodemqꝫ modo et oſtētationē/ et ironiā ī vita
Grauitas — et cõuerſatiõe abeſſe cõuenit: quarū altera in plus fictio eſt/ altera in minus. Gra
Comitas — uitas ꝟo harū mediocritas eſt: ſed ab oſtētatiõe remotior. Cū autē ſit in vita ceſſa
tio quedā atqꝫ remiſſio (neqꝫ eni cõtinuo laborare homo poteſt) ſolaciorū quedā
moderatio eſt. nā ſi oēm refugias iucunditatē: ruſticus ſis. ſi autem oēm arripias
iocādi occaſionē/ ita vt nec honeſtati nec dignitati parcas: modo riſū mouere poſ
ſis/ ſcurra. inter hec moderatio eſt: quedā ꝟtus/ que ab his extremis reducta comi
tas appellať. Sic tergemina ſūt vicia in cõuerſatiõe hoīm deuitāda: ne aduerſato
res odioſi: neue rurſus placentes adulatores ſimus: ne fingamus oſtentando. ne
ue rurſus minuendo ironia vtamur: ne procul ab omni iucūditate: neue rurſus ri=
diculi hoīes/ ſcurreque habeamur. Iuſtitia vero duplex eſt. Una ꝑfecta que oēm
cõplectiť virtutē: altera ſingularis in eq̄tate repoſita. Eq̄tas aūt eſt vt ne plus cõ=
modi neue minꝰ incõmodi ſuſcipiať. Hic ille: patere q̄ſo inq̄t parūper et in hoc lo= M
co inťpellari te. Cupio eni/ niſi moleſtū ſit/ ꝙobrē ꝑfectā ꝟtutē iuſtitiā dixeris ītel=
ligere: an forſā alie de q̄bus ſupra dixiſti ꝟtutibꝰ ꝑfecte nõ ſint/ ne fortitudo q̄dem
illa quā tu multis ꝟbis ornaſti? ꝙ ſi ille ꝑfecte: cur huic ꝑfectionē potius attribuas
ꝙ illis/ nõ plane ītelligo. Iure tu q̄dē ābigis inꝙ. ſed nõ oīa poſſunt in hoc tanto L
et tam p̄cipiti diſcurſu explicari. Iamqꝫ a nobis dictū eſt nõ eſſe ꝓpoſiti nr̄i vt ad
viuū ſingula reſeremus: ſed tanꝙ ītroductores aliq̄/ euidentiā quādā et preguſta
tionē rerum in p̄ſentia tradere. Q̄ tamē nūc de ꝑfecta req̄ris ꝟtute/ ſcire debes bifa
riā dici perfectā. vno quidē modo vt inchoate opponiť. neqꝫ eni eſt dubiū nos ad
iuſtitiā/ et tēperantiā/ et fortitudinē/ ⁊ liberalitatē quodāmõ natura aptos ꝓduci:
vſus tamē et aſſuetudo/ exercitatioqꝫ ipſa (vt de equo ſupra diximus) ita nos affi=
cit/ vt tūc iam ꝑfectū ab vſu ſit: qđ a natura fuerat inchoatū. Iſto quidē modo oīs
moralis ꝟtus ꝑfecta eſt: nec minus alie ꝙ ipſa iuſtitia. Alio modo ꝑfecta ꝟtus di=
citur q̄ oēm oīno virtutē cõtinet/ et cõplectiť: talis vero eſt iuſtitia illa de q̄ p̄mo di
ximus. eſt eni ſcđm leges obſeruatio q̄dā. Leges aūt cūctarū ꝟtutū opera iubēt: ⁊
viciorū oīm facinora vetant. Nā et q̄ ſūt cõtinētie: vt nõ cõmittes adulteriū/ nõ fla
gitiū facies. Et q̄ ſūt fortitudis: vt nõ fugies in acie/ nõ deſeres locū/ nõ arma ab=
iicies. et que ſūt māſuetudis: vt nõ iurgia dixeris/ nõ pulſabis/ nõ cõtumelia affici=
es. et ſic de aliis ꝟtutibus et viciis/ illas iubēdo/ iſta vetādo. Que ꝟo a legibus ꝓfi
ciſcunť iuſta ſūt. Itaqꝫ illa pars iuſtitie q̄ eſt legis cuſtos/ et obſeruatrix/ vniuerſa
lis q̄dā eſt/ et vſū oīm ꝟtutū in ſe continet: atqꝫ ideo ꝑfecta diciť ꝙ nullus virtutis
vſus illi deſit: quaſi cõpleta quedā et abſoluta ꝟtus. Alia vero iuſtitie pars (quam
in eq̄tate repoſitā diximus) ꝑticularis eſt: vt nõ plus cõmodi/ neu minus incõmo



di ſuſcipiamus. Eſt igiť iuſtitia duplex: vna vniuerſalis virtus. altera ſingularis. — Eurypides
Prima eſt eni illa ſplēdida de qua Euripydes inquit. Neqꝫ lucifer/ neqꝫ heſperus
ita mirabilis. Alťa vero non plus ferme laudis in ſe habet: ꝙ vna ceteraꝝ virtutū.
M Michi quidē inquit hec periucūda fuere: ⁊ mādaui memorie q̄ dixiſti. Sed nunc
L qđ reliquū eſt: intellectiuas ꝟtutes expecto. Unū adhuc reſtat inꝙ qđ ignorare te
M nolo: poſtea ad intellectiuas trāſibimus. Quid eſt inquit? De ꝯtinētia inꝙ et incõ — Cõtinentia
L nentia dicere: q̄ res et difficultatē habet ⁊ pleroſqꝫ fallit: et ad vtilitatē non ꝯtēnē=
dam eius cognitio affert. Cõtinētia igitur non eſt illa quidē virtus: ſed finitimum
q̄dā et ꝓximū. Oſtenſum eſt eni prius oēm virtutē eſſe habitum. Cõtinentia ꝟo
habitus non eſt. Itaqꝫ nec ꝟtus dici poteſt. Verſanť aūt ꝯtinentia/ et incõtinentia
in iis: in quibus tēperantia ⁊ intēperantia. Abſtinet q̄s a iucūditate ſenſuū indebi
ta: ſi diu hoc egerit in habitū tranſit/ et tunc demū virtus elucet tēperātie. ante ꝟo
ꝙ conſtitutus ſit habitus: in ipſis operibus cõtinentia eſt. itaqꝫ et dolens abſtinet
cõtinēs: nec ſatis firmus eſt aduerſus cupiditatē. Eodē modo incõtinēs nõdum
habitū viciĳ cõtraxit: Itaqꝫ rõem diſcernit/ ⁊ principiū tenet: ſupatur tñ ab affectu
⁊ inuitus quodāmõ captiuus abduciť. de quo recte poeta inquit. Uideo meliora:
proboqꝫ/ deťiora ſequor. At intēperans in habitu viciĳ cõſtitutus: nec rõem iam/
nec principiū tenet. atqꝫ ita corruptus eſt: vt peruerſa natura reꝝ/ malum quidē
bonum arbitreť: bonum aūt malum. Itaqꝫ eligens facit intemperās: incõtinens
vero nequaꝙ eligens: quia rõem intelligit: ſed tñ trahiť violentia cupiditatiſ/ que
in eo quidē eſt omni rõne potentior. Habes nunc de cõtinentia/ ⁊ incõtinētia: que
breuiter dici potuerūt. hec eadē vtilia ſunt et in ceteris ꝟtutibus: vt habitū/ electi=
oneqꝫ in illis recognoſcas. Uicioſus eni oīs qui habitū iam viciĳ confecit: lumen
cognitiõis/ p̄cipiūqꝫ amiſit. quāobrē malo gaudet: quia id bonū putat. qui vero
nõdum habitū effecit: ſe quidē male agere intelligit: pugnatqꝫ ſimilis affectus/ ⁊
ratio: atqꝫ modo hic/ modo illa peruincit. Placet igiť inter virtutē ⁊ viciū medias
eſſe affectiões quaſdā/ nondum ſatis ſtabilitas: vt modo ad hanc/ modo ad illam
inflectamur. Nūc vero quoniam de moralibus dictum eſt: intellectiuas virtutes — Uirtus intellectiua
breuiter videamus. Eaꝝ nempe diſcuſſio prolixitatē exigit: breuitas aūt ſuſcepti
operis compendiū flagitat. Tanꝙ igitur digito illas monſtrātes: notare tantum
ſingulas illaꝝ contenti erimus. Quotiens ergo de virtute propria loquimur: ſiue
illa moralis/ ſiue itellectiua ſit: de animi virtute non aūt corporis nos loqui intelligē
dum eſt. Ipſius ꝟo animi partes ſunt due. Una rõnalis. altera non habens rõem. — partes aīe
Ea rurſus que rõem non habet: partim eſt vegetatiua/ expers oīno rationis quā
plantis etiā ineſſe cõſtat. partim eſt appetitiua: cupiditatis/ et metus/ et affectionū
oīm capax: que etſi rõem non habet: audiens tñ eſt/ parēſqꝫ rationi. Hec eſt enim
illa pars animi noſtri quā increpamus errātem: quā coercemus elatam: quā exci=
tamus iacentē: quā cõſolamur afflictam. Hanc nos dirigimus/ et rõni obtēperare
cõpellimus. In hac demū parte ꝟtus moralis ſit: que eſt habitus animi per aſſue=
tudinē acquiſitus/ vt mediocritatē quandā in affectibus ſeruet. Irratiõalis igitur
pars animi duplex eſt: vt oſtēdimus. Rõnalis ꝟo etiā duplex. nam eius vna pars
eſt cõſultatiua: altera ſciētifica. Cõſultamus eni de iis q̄ aliter eſſe poſſūt. Scimus
vero ea q̄ aliter eſſe non poſſunt. In hac itaqꝫ rõnali ꝑte animi: ꝟtutes intellectiue
fiunt: atqꝫ vt iſta diuidiť: ſic ille diſtinguūtur. Quinqꝫ ꝟo eſſe nūero intellectiuas
virtutes ſupra diximus: īter quas prudētia nobis prima occurrit: cum ſuperioribus — Prudentia
(quas retulimus) ꝟtutibus fere ꝯiūcta. Eteni in rebus agēdis recta illa ratio: que
moralibus moderať virtutibus/ queqꝫ extrema refugiens in mediocritate quādā
laudabili cõſiſtere facit: nichil aliud ꝙ prudētia eſt. Ex quo fit vt nulla moralium
virtutū abſqꝫ prudētia eſſe poſſit. verſatur aūt prudentia in iis rebus q̄ non ſemꝑ
eodē modo fiūt/ ſed alias: aliter in quibus etiā cõſiliū/ ⁊ electio locū habēt. Nam
de certis ⁊ impoſſibilibus aliter ſe hr̄e fruſtra quis: aut conſultat aut eligit. Itaqꝫ

et conſilium/ ꝛ electio a prudentia eſt:reſqꝫ agende omnes cõſilio/ electioneqꝫ pen
dent. Uidetur autem electio non aliis ferme vllis/ ꝙ homini conuenire. Nã neqꝫ
beſtiis que ſunt infra hominẽ/ quoniã ratiõe careant:neqꝫ rurſus ideo/ quoniã ille
puro intuitu ſingula dicernens:nulla de re ambigere poteſt.at conſilium ꝛ electio
de re dubia eſt. Dicitur autẽ electio ꝙ e pluribus in conſultatione propoſitis:vnũ
legaꝛ id eſt ſuſcipiaꝛ.fit autẽ hoc cum pluribus propoſitis cõmodis:id quod vide
tur maximum/ potiſſimumqꝫ aſſumimus: aut cum pluribus ꝓpoſitis incõmodis
Prudentia. minime malum recipimus. Hec autem et tempus/ et accidentia variant/ et rerum
experientia conſilium dirigit. Prudentia igitur de iis eſt que aliter eſſe poſſunt.
Scientia Scientia vero contra de iis eſt rebus que ſemper eodem modo ſunt/ et aliter eſſe
non poſſunt:principia tamẽ non tractat:ſed ab illis iam cognitis diſcurrit. Intel=
Intellectus. Sapientia ligentia vero principiorum eſt/ et circa illa verſatur. At ſapientia vtraqꝫ complecti
tur. Nã et de principiis et de iis que a principiis manant iudicat/ et diſcernit Itaqꝫ
recte diffinita eſt/ rerum diuinarum/ humanarumqꝫ cognitio. O preclaram ſu=
pellectilem ĩquit et quaſi diuinam quandã intelligentie ſiluã.que enim vel audite
Ars ſerenant animum:quid guſtate/ recepteqꝫ efficiant? Reſtat ars inqꝫ que in eodem
genere quo prudentia verſatur:ſed in eo differt ꝙ ars in faciendo eſt/ prudentia in
agendo. Eñuero cum plures ſint virtutes vt diximus: conſtat alias ad ocioſam
vitam in contemplatione repoſitam:alias ad negocioſam ꝛ ciuilem eſſe aptiores
Sapientia enim/ ſcientia/ et intelligentia contemplatiuum alunt. Prudentia vero
in omni actione dominatur. Utraqꝫ ſane vita:laudes cõmendationeſqꝫ proprias
habet. Comtẽplatiua quidem diuinior plane/ atqꝫ rarior. Actiua vero in cõmuni
vtilitate preſtantior. Itaqꝫ vel in priuata/ vel publica re/ quecunqꝫ excellenter/ et
cum laude/ quecunqꝫ pro vtilitate aut noſtra/ aut patrie/ aut hominũ nobis cariſ=
ſimorum agimus:ea quidem omnia a prudentia/ ꝛ ab iis virtutibus que ſunt cum
prudentia copulate/ deſcendunt. Sed illud ante omnia intelligendum eſt niſi bo=
nus ſit vir:prudentem eſſe neminem poſſe. Eſt enim prudentia vera extimatio cir=
ca vtilitatem.vera autem extimatio incorrupta eſt. Tales vero ipſe res/ quales re
vera ſunt/ niſi bono viro videri non poſſunt. Improborũ ſiquidem hominum iu=
dicia perinde ſunt vt egrotantiũ guſtus:qui nulla ferme in re verũ ſaporem agno
ſcunt. Itaqꝫ nichil eſt omniũ:cui magis officiant vicia morum/ ꝙ prudẽtie. Sce=
leſtus enim/ et flagitioſus homo veras mathematice demonſtrationes ꝛ phyſice
noticiam retinebit:ad prudentie vero opera omnino cecatur/ ꝛ lumen veritatis in
hac vna amittit. Atqui conſtat et hunc nichil velle niſi bonum:at in illo ipſo cali=
gantur oculi/ ꝙ bona putat/ que bona non ſunt. Uidemus alios tyrannidi inhiã=
παὶΔέρα= στὴσ tes.alii rapinas/ fraudeſqꝫ meditãtur. Mechi vero iſti/ et pederaſte quidqꝫ pro
libidine explenda non pretermittant. His ſi forte deus aliquis cupiditatem illam/
Cinedus morbumqꝫ animi euellat:ac viri boni mentem/ iudiciumqꝫ infundat: tanquã reſi=
Amator puerorum piſcentes/ lumenqꝫ recipientes: quantis in tenebris verſati ſint recognoſcent/
ſuũqꝫ ipſi maxime deteſtabuntur errorem. Propoſita etenim nobis in omni vita
felicitas eſt:eiuſqꝫ cupido nobis ingenita. Ad hanc non per vicia ꝛ libidines (que
nec laudem in ſe habent vllã:nec quietare animum poſſunt) ſed per virtutes mo=
deſtiamqꝫ aſcenditur. Bono igitur viro rectum/ expeditumqꝫ iter eſt ad felicita=
tem. Solus enim hic non fallitur: neqꝫ aberrat. Itaqꝫ is ſolꝰ bene viuit/ et bene
agit:malus autem contra. Si ergo beati eſſe volumus:operam demus/ vt boni ſi
mus/ virtuteſqꝫ exerceamus.

Finit Leonardi Aretini Introductorius de moribus dialogus cum Marcellino
Inſtar dialogi Ariſtotelis cum Eudemio amico. Finitum in alma parhiſiorum
litteraria diatriba anno domini virtutũ/ Saluatoris mundi. 1497

## Uirtutis querimonia/ ex Baptiſta Mantuano

Fortune domitrix ego ſum/ ſcelerumqꝫ flagellum.
Utqꝫ hominẽ tuear/ ſuperumqꝫ in tecta reportem
Incolumem:ſtygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna/ deumqꝫ
Hortari/ monſtrare vias quibus itur in altum
Ethera:ſum medium dirimens iter orbita/ recto
Limite:qua monſtrantur adhuc veſtigia patrũ.
Qua veteres celo digni petiere tonantis
Limen:vbi nitidis ſunt lactea flumina campis.
Neſcio delicias.nullum inſidioſa voluptas
Mecum fedus habet.michi lis de limite regni
Cum viciis/ multumqꝫ inter contraria pugno.
Namqꝫ meos inter regnum michi contigit hoſtes.
Me labor aſſiduus validam facit/ ocia frangũt.
Et quotiens opus eſt armis exterrita nullis
Cõgredior/ vinci et ſuccũbere neſcia.ſi quod
Pondus ab aduerſis iniectum eſt caſibus:equa
Mente fero.ipſa hominẽ doceo/ variaſqꝫ per artes
Erudiens:paucis diis immortalibus annis
Perſimilem reddo:et tandem ſuper ethera tollo.
Ipſa feros hominũ docui componere mores.
Fons ego Caſtalius/ Pallas ego:nomina plura
Res eadem. non ſum morbo confecta/ nec annis:
Incorrupta/ virens/ immortaliſqꝫ ſuperſto
Celeſtes etenim nichil in me motibus orbes
Sydera nil radiis poſſunt/ nil lumine titan.
Poſt igitur tantorum operũ experimenta/ fidemqꝫ
Deſeror:ignotis errans ingloria campis.
Patrono mea cauſa caret:quia pectora plena
Perfidie/ faſtuqꝫ animos tollente ſuperba.
Sceptra ſcelus rapuit.poſitis cuſtodibus:omnis
Scrutatur regni fines/ adituſqꝫ tuetur.
Relligio contempta iacet/ ſpretuſqꝫ deorum
Cultus abit/ tritaqꝫ fides iam pallida veſte
Infirmis titubat pedibus/ Peſſũdata legum
Maieſtas.tot monſtra pios immania mores
Inuaſcre.ſilet probitas.pudor exulat omnis.
Sed videt et iuſta librat deus omnia lance.
Et me (vbi tempus erit) ipſe in mea regna reducet.

Utinã noſtro Euo.

¶ Jacobi Stapulenſis Introductio in Ethicen Ariſtotelis: ad ſtudioſum virum Germanum de Ganay / decanum Bellouacenſem: et Conſiliarium Regium.

Ignissime vir / cum humana vita duobus potiſſimū perficiat̄ / actione et contemplatione: Ariſtotelis philoſophi diligentia factum eſt / ut nichil omiſſum videatur: quo minus vtramqꝫ vitam nobis paremus. Fuit namqꝫ in Logicis rationalis ſubtiliſſimus / in Phyſicis mundanus philoſophus / in Ethicis totus prudens et actiuus / in Polyticis iuriſconſultus / in Metaphyſicis ſacerdos atqꝫ theologus. Quo fit: ut qui rationaliter ſunt philoſophaturi: prius in ſuis logicis ſint inſtituendi. mox ad Ethicen ſe conuertāt / que beate vite dux / magiſtraqꝫ eſt. quo purgata iam mente / tam ad naturales: ꝙ ad diuinas felicius euehantur contemplationes. hoc pacto Platonicorum: et Ariſtotelicorum precepta ſecuti. cuius quidem Ariſtotelis ethices ars breuiſſima texitur: quā vir optime ideo commendaſti / ꝙ paruo tempore ea conſequamur / que ſine arte vix etiam multo percipere valeamus. Ars inꝙ queſtionibus / elementis / p̄ceptiſqꝫ officiorꝫ digeſta. queſtionibus enim que circa vnāquāqꝫ virtutū cognoſcere dignū eſt: ſciſcitamur. Elementa: digerunt / atqꝫ diſſoluunt. Precepta vero officiorꝫ (quas breues ſentētias dicere poſſumus) officia prebent / ſuntqꝫ tanꝙ beate vite certe leges ac regule. et ſi expreſſa non adducunt̄ elementa ex ſuperioribus elementis ſimiliū queſtionū / queſtiones ſunt diluēde: vel expreſſis / vel facili analogia cognoſcēdis. Et elementa / queſtiones / et precepta: paſſim vbiqꝫ ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda. Et numeri ad latus adiecti / libros Moralium Ariſtotelis (ad quos introductionū capita introducūt) deſignant. Hoc ergo qualecūqꝫ virtutum prelibamentū beniuolus accipe: et vos reliqui quos virtutis amor et ſtudium accendit: eiuſdem arti beniuoli fauete / atqꝫ proficite.

¶ Jacobi Fabri Stapulenſis Introductio moralis in Ethicen Ariſtotelis ad ſtudioſum virum Germanum de Ganay decanum Bellouacenſem ⁊ Conſiliarium regium.

Artes introductorie / ſimillime ſemitis eſſe debēt: que ſine viarum erroribus ocyſſime perducūt ad terminum. diſcipline autem ſpacioſis / ſed formoſiſſi-
a mis aſſimilantur campis: quos ſi ignoratis ſemitis ingrediamur: non facile progreſſum / egreſſumue reperiamus. Iccirco neceſſariū fuerit prius ſemitas cognoſcere: ꝙ vaſtorum camporum pulchritudinem contemplari. Qꝫ ſi in terra peregrinantibus id neceſſariū eſt / ſi altū tentantibus equor: alioquin pereunt / naufragiaqꝫ faciunt: tanto magis id opus eſt in diſciplinis obſeruare: ſi volumus cece ſcopulos ignorantie deuitare. et maxime id ad diſciplinas morales neceſſarium eſſe viſum eſt: quanto neglecte maius vite periculum afferunt / atqꝫ detrimentum. Ergo ad ethicen Ariſtotelis hec vobis certa conſtituta ſit ſemita: quam non minus menti ꝙ qui iter agunt ſue itinerationis calles: tenere debetis. et primo ſubiectam formulam que totius introductionis fundamentum primum eſt.

| | |
|---|---|
| ¶ Bonū humanū | ¶ Malum humanum |
| Acquiſitum | Acquiſitum |
| Innatum | Innatum |
| ¶ Acquiſitum | ¶ Acquiſitum |
| Nature | Contra naturam |
| Fortune | Fortune |
| ¶ Nature | ¶ Contra naturā |
| Utile | Incommodum |
| Delectabile | Triſte |
| Honeſtum | Turpe |
| ¶ Honeſtum | ¶ Turpe |
| Virtus | Vicium |
| Officium | Turpis operatio |
| ¶ Virtus | ¶ Vicium |
| Moralis | Morale |
| Intellectualis | Intellectuale |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | ¶ Virtꝰ intellectualis |
| ¶ Superabūdantia | ¶ Moralis | ¶ Defectus | Scientia |
| Audacia | Fortitudo | Timiditas | Intellectus |
| Intemperantia | Temperantia | Inſenſibilitas | Sapientia |
| Prodigalitas | Liberalitas | Illiberalitas | Ars |
| Circa decorū rudi. | Magnificentia | Puſillitas | Prudentia |
| Lentitudo | Magnanimitas | Puſillanimitas | ¶ Prudentia |
| Ambitio | Modeſtia | Honoris vacuitas | Bona cōſultatio |
| Ira | Manſuetudo | Ire vacuitas | Sagacitas |
| Adulatio | Affabilitas | Contentio | Sententia |
| Arrogantia | Veritas | Diſſimulatio | Heroica virtus |
| Scurrilitas | Comitas | Ruſticitas | Paſſiones |
| Plus | Iuſtitia | Minus | Cōtinentia |
| Plus | Amicitia | Minus | Perſeuerantia |
| | | Inuerecūdia | Verecūdia Stupor |
| | | Inuidia | Indigñtio Maliuolētia |
| | | | Voluntarium |
| | | | Delectatio |
| | | | Officium |
| | | | Felicitas |

Bonū huma — Onum humanum eſt quod natura homini expetibile eſt. Jd homini natura
Innatum — expetibile eſt: quod ipſum perficere natum eſt. Expetibile/appetibile idem.
Acquiſitum — b — Bonum humanum innatum eſt: quod homini a natura ineſt. Acquiſitum ve-
Fortune — ro quod eius ſtudio/induſtriaue partum eſt. Bonum fortune exterius bonum
Nature — nuncupamus. Bonum nature eſt interius bonum. Bonum vtile eſt quod ad
Utile — alterum bonum conſequendum ordinatur. Bonum delectabile eſt quod (etſi ad alterum cō
Delectabile. — ſequendum minime ordinetur) ipſum tamen expetibile eſt. Bonum honeſtum eſt bonū ani
Honeſtum. — mam perficiens/aut ab eo proficiſcens operatio. Uirtus eſt anime habitus ipſam perficiēs
Uirtus — atqꝫ eius opus bonū reddens. Officiū eſt virtutis operatio. ¶ Uirtutū principia ſunt: intel
Officium — lectus/voluntas/appetitus. Mens/intellectus. Voluntas/appetitus rationalis. Appeti-
Uirtus mo. — tus/appetitus irrationalis/ſenſitiuus atqꝫ brutus. ¶ Operationum principia: potentie/ha-
II — bitus/affectiones. Sub habitu diſpoſitiones cōprehendimus. ¶ Uirtus moralis eſt habi-
tus electiuus in mediocritate conſiſtens ea que ad nos eſt: definita ratione: et ut definierit ip
III — ſe prudens. Electio eſt preconſiliata voluntas. Uoluntas/voluntatis actio. Conſilium eſt
de dubiis et incertis a nobis operabilibus per rationem inquiſitio. Operabilia a nobis ſūt
ea que in noſtra ſunt poteſtate. Hec vero in noſtra ſunt poteſtate/que ſi volumus facimus:
et que eadem ſi facere nolumus facimus minime. Medium rei eſt quantitatis medium ab
extremis equidiſtans. Medium quo ad nos/eſt quod neqꝫ abundat/neqꝫ deficit: ſed ratio-
nis circunſtantiis (ut vir prudens definiret) determinatum eſt. Definiret/determinaret. Me
diocritas/mediocritas quo ad nos/medium quo ad nos. Circunſtantie rationis ſunt he:
quid/quantum/gratia cuius/quale/quis/quo/in quo/quando/vbi/et quomodo. Circunſtā
tie rationis/circunſtantie prudentie/regule prudentie. Quid: virtutis eſt moralis. ¶ Uirtu
tis proprietates: ſunt voluntate affectabiles/in noſtra poteſtate/voluntarie/delectabiles.
¶ Suorum officiorum proprietates: voluntate ſunt affectabilia/in noſtra poteſtate/volun
tarie/delectabiliter/ſcienterqꝫ operata/recta ratione definita. Uoluntate affectabilia ſunt:
que ſtudioſus deſiderat. Ea vero ſunt ſimpliciter bona. Uoluntarium eſt cuius principium
in nobis eſt: operationis ſcientibus ſingula. Delectatio eſt operationi ſuperueniens pla-
centia.

Queſtiones.

Queſtiones

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Quid | 8 | Unde gignitur | 12 | Quomodo quis fit ſtudioſus. |
| 2 | An ex vno actu | 9 | Quomodo ab operationibus cum ab ea ſint operationes | 13 | Quando melius |
| 3 | Circa que | | | 14 | Ubi melius |
| 4 | Que eius ſpecies | | | 15 | Quo modo |
| 5 | Quid ei contrarium | 10 | A quo conſeruatur | | |
| 6 | Ex qualibus | 11 | A quo corrumpitur. | | |
| 7 | An a natura. | | | | |

Elementa — ¶ Elementa. ¶ 1. Diffinitio. ¶ 2. Conſuetudo/ſcientie habitus/corporalis habitus: haud
vnico actu generatur. ¶ Et habitus omnis ex conſimilibus actibus frequenter/conſimili-
terqꝫ iteratis: pari/gigniqꝫ videtur. ¶ 3. Uirtus omnis circa difficile eſt. ¶ Circa perturba-
tiones et fortune bona ac mala. ¶ Circa quaſcunqꝫ materiarum ſpeciales virtutes ſunt: et
virtutem eſſe neceſſe eſt. Materie virtutum/virtutum obiecta. Fortitudinis materia: timo-
res et fiducie. Temperantie: guſtus et tactus voluptates atqꝫ triſtitie. Liberalitatis: pecu-
nie dationes ac acceptiones. Magnificentie: honorabilia dona. Magnanimitatis: hono-
res/inhonorationes/fortune proſpera: ac aduerſa. Modeſtie: mediocres honores. Māſue
tudinis: ire exceſſus et defectus. Affabilitatis: voluptates/doloreſqꝫ congreſſionum huma-
narum. Ueritatis: hominum ſermones. Comitatis: ludorum delectationes. Juſtitie: ad al-
terū opationes/emptiones/vēditiones/diſtributiōes. Amicitie: in hominū cōmunionibus
vtilia/delectabilia/honeſta. ¶ Circa delectatiōes atqꝫ volūtarium. ¶ Uirtus eſt circa ea: ex
quibus cognoſcit᷑ eſſe pfecta ¶ 4. Eius ſpecies: frontis formula declarat. ¶ 5. Uiciū. ¶ Jd
virtuti contrariū eſt quod ipſam corrumpere natum eſt ¶ 6. Ex talibus habitus quiſqꝫ gi-
gnitur operationibus: ad quales nos inclinat/pronoſqꝫ reddit operationes. Uirtus ad mo
deratas/in mediocritateqꝫ ſitas operationes: nos inclinat ac dirigit. ¶ 7. Nullus habitus:
nobis a natura inſitus eſt. ¶ 8. A bonis operationibus ¶ Per eas opationes acquirit᷑ ꝟtus:
per quas ſtudent legiſlatores: ciues efficere bonos. ¶ 9. A virtutibus/perfecte operationes
naſcuntur. ¶ 10. A mediocribus operationibus. ¶ Quecumqꝫ a ſuperabundantia/defe-
ctuqꝫ corrumpuntur: a ſuis mediocritatibus ſaluātur. ¶ 11. A vicio. ¶ Quidquid habet con
trariū a ſuo cōtrario corrūpit᷑. Corrūpit᷑ corrūpi natū eſt. ¶ 12. ¶ Tria documēta. Primum
A vicio quod maxime virtuti contrariatur: recedendum eſt. Secundum. A vicio ad quod
quiſqꝫ maxime pronus eſt: fugere procul oportet. Tertium. Summopere a voluptatibus
cauendum eſt. ¶ 13. Jn iuuentute. ¶ Cum ad peccandum nondum conſuetudo facta eſt/et
quando ad operādum facilius aſſueſcimus: tum nobis virtutes melius cōparamus. ¶ Na-
ſcens malum facile opprimitur: inueteratum autem plerūqꝫ fit immedicabile. ¶ 14. Jnter
bonos. ¶ Jnter eos nobis melius virtutes comparamus: quos bene operātes cernimus/
quos docentes habemus/et a quibus vicia emendātur. ¶ 15. Omnes prudentie circunſtan
tias obſeruando. ¶ Uirtus circa ſingula verſatur.
¶ Septem ſapiētes. Thales/Bias/Pittacus/Solon/Chilo/Cleobolus/Periander: qui
leguntur prius breuibus ſententiis vſi. et quoꝝ nonnulle hic interſerūtur ſententie.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Te ipm perficito. | Officium exerceto. | Quid facias videto. |
| Bonū inſitum augeto. | Ad virtutes te natū cogitato. | Uires tuas metitor. |
| Fortunā fugacē meditator. | Ratio dominator. | Finem cogitato. |
| Naturā non deſerito. | Senſus pareto. | Sciens/gratuſqꝫ facito. |
| Utilibus ad optima intēdito. | Mentem excolito. | Teipm cognoſcito. |
| Neminem ledito. | Nichil incōſulte facito. | Cui facias et cū quo. |
| Mundā voluptatē amato. | Medium teneto. | Quādo vbi ⁊ quomodo. |
| Triſticiam pellito. | Ne quid nimis videto. | Maius malū magꝭ deuitato. |
| Honeſtū preponito. | Jtidē ne quid minus. | Jnſito morbo fortiꝰ obſiſtito. |
| Sūmopere viciū odito. | Prudentē ducē eligito. | Uoluptatū retia fugito. |
| Uirtutem colito. | Jpſo vt oculo vtitor. | |

Fortitudo — Ortitudo eſt virtus qua quis circa honeſtam mortem/et ea omnia que repente eue
III — f — niunt/et ipſam afferunt: interritus eſt. Et hec vera fortitudo nuncupatur. ¶ Non ve
rarum vero fortitudinum quinqꝫ ſunt modi. Primus eſt fortitudo ciuilis: qua ciues
ob legis increpationes/opprobriaqꝫ fugienda/honoreſue conſequendos pericula ſubeūt:
itaqꝫ et qui future pene metu idem faciunt. Secundus eſt fortitudo militaris: cum quis pro
pter experiētiam periculis ſe exponit. Tertius eſt fortitudo ob iram: cum quis ob furorem/
ferarum more in pericula ſe conuicit. ⁊ is pugnax dicitur. Quartus eſt fortitudo ꝓpter ſpem:
cum quis victorie ſpe fretus/pericula adoritur. Quintus eſt fortitudo ob ignorantiam cum
quis ob idipſum ꝙ ea ignoret: periculorum diſcriminibus ſe exponit. ¶ Jnſanus eſt: qui ni-
chil omnino timet. ¶ Audax et temerarius eſt: qui circa res formidoloſas confidendo exu-
perat. ¶ Timidus vero qui metuēdo deficit. Timidus/meticuloſus. ¶ Timor eſt affectio
qua quis iminente periculo (preſertim cum vires ſuperare videtur) perturbatur. ¶ Fiducia
affectio eſt qua quis periculum iminēs: ſuā poteſtatē non excedere cōfidit.

Queſtiones

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Quid. | | egritudinis/iniuriarū aut flagellorum. | | optat ac conſiſcit. |
| 2 | Quot eius modi. | | | 12 | None fortis ſuſtinēs dolores: delectetur. |
| 3 | Quo cōueniunt. | 8 | Quid ei contrariū. | | |
| 4 | Quo differunt. | 9 | Cui magis. | 13 | None in morte triſtet᷑ |
| 5 | Circa que. | 10 | Utrū deterius. | 14 | Quādo fortiter agit. |
| 6 | Circa quod magis. | 11 | Qualis qui ob paupertatem/amorem aut moleſtiam mortē ſibi | 15 | Ubi fortiter agit. |
| 7 | An circa timorem infamie/inopie/ | | | | |

Elementa — ¶ 2. Duo: vera et nō vera. ¶ 3. Oēs fortes pericula aggrediūt᷑. ¶ 4. Fortitudo ciuilis nō eſt

ob honeſtū et debito motiuo.nec militaris ob debitū finē.nec fortitudo ob irā ex habitu ⁊ de liberatiōe:nec fortitudo ꝓpť ſpē.nec fortitudo ignorātie ſciēter aggrediť ꝑicula ¶5.Circa timores et fiducias. ¶Circa que virtutis operatio laudať:et virtus ipſa verſabiť. Itidē circa que vicioꝝ opa culpanť:et vicia ipſa verſabunť. ¶6.Circa dolores. ¶Circa difficilius magis virtus eſt:atqꝫ magis laudať. Difficilius eſt dolores ut oportet ꝑferre: q̄ꝫ a voluptatibꝰ abſtinere. Circa id magis eſt virtus,ꝓpter quod maior laus et gratiarū actio tribuiť. Circa id magis eſt fortitudo:ꝓpter qđ magis fortes dicūť. ¶7.Fortitudo nō eſt circa eoꝝ timorē que recta ratione timenda ſunt. Omnino infamia et mala ſui opinio timenda eſt. Et qui timet probus et verecūdus eſt:qui vero nō timet:impudēs. Que ex noſtro vicio nō proueniunt:et q̄ in nr̄a poteſtate minime locata ſūt:timēda nō ſūt ¶8.Audacia et timiditas ¶Circa timores atqꝫ fiducias ſuꝑabundātia et defectus:fortitudini contrariantur. ¶9.Timiditati. ¶Virtus magis cōtraria eſt vicio ſibi diſſimiliori. ¶10.Magis oppoſitū bono:deteriꝰ eſt. ¶11.Timidus/ et mollis. ¶Fugere laborioſa:timidi eſt/ atqꝫ mollis. ¶12.Qui ꝓpter finem honeſtum agit:ei ꝑfecto finis eſt delectabilis. ¶13.Quanto aliquis ſciēs maiore bono priuatur:ſane tanto magis in morte dolebit. ¶14.Quando oportet/ et honeſtiſſima: pericula ſubeundi prebeť occaſio:et ob maius bonū vir fortis fortius agit. De vbi cōſimiliter diciť.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Fortis eſto | Parentes tuetor | Vbiqꝫ medium teneto |
| Deo pietatem exhibeto | Nil temerarius attentato | |
| Patriam defendito | Nil timidus aggreditor | |

Tēperantia III

t Emperantia eſt voluptatū/ triſtitiarūqꝫ guſtus/ ac tactus mediocritas. Que ſi circa cibum fuerit abſtinentia/ cibiqꝫ honeſtas voceť. circa potum ſobrietas. circa oſcula/ amplexus/ et cetera venerem,ꝓuocantia:pudicitia. Circa venerea caſtitas. circa intacti pudoris,ꝓpoſitū:virginitas. ¶Intemperans eſt: qui circa horum ſenſuū voluptates atqꝫ triſtitias exuperat. Qui circa cibum:manducus/ eluo/ vorax/ gaſtrimargus/ leccatorqꝫ vocetur. Circa potum bibulus/ ebrioſus/ ac vinolentus. Circa venerem,ꝓuocantia:impudicus atqꝫ procus. Circa venerea:procax atqꝫ libidinoſus. ¶Inſenſibilis eſt:qui circa hos ſēſus delectando deficit. ¶Voluptatū anime: quedam ſunt circa honoris et ſcientie cupiditatem:quedā in hominū dictis:quedam in exterioribus bonis. ¶Voluptatū gule quedam ſunt cōmunes quas omnes homines nature ſubueniendi gratia deſiderant. Alie vero ꝓprie quas non omnes deſiderant:que et naturales dicuntur.

Queſtiones

| | | |
|---|---|---|
| 1 Quid | 6 Quid ei contrarium | communes voluptates |
| 2 Quot eius ſpecies | 7 Cui magis | 11 Nōne voluptatum abſentia intemperans triſtetur. |
| 3 Circa que | 8 Vtrum deterius | |
| 4 Nūquid circa voluptates aīe:auditꝰ/ viſus/ odoratꝰ. | 9 Quales eius oꝑationes | |
| 5 Circa quod magis | 10 Qui peccant et quot modis:circa gule | 12 Quando tꝑate agendū eſt |
| | | 13 Et vbi |

Elementa

¶Elementa. ¶2.Quinqꝫ. Abſtinentia/ ſobrietas/ pudicitia/ caſtitas/ virginitas. ¶3.Circa voluptates atqꝫ triſtitias guſtus ac tactus. ¶4.Circa quas voluptatum non dicunť hoīes temperati:neqꝫ temperantia ipſa eſt. ¶5.Circa delectationes. ¶Difficilius eſt p̄ſentiū voluptate non allici:q̄ꝫ abſentibus nō triſtari. Nam p̄ſentia fortius mouent. ¶8. Intemperātia. ¶Vicium quo magis voluntariū:eo magis vituperabile ac reprehenſione dignū ē. ¶Vicium quo magis/ et plures delinquunt homines:deterius eſt. ¶9.Proprietates officiorum ¶10.Circa cōmunes gule voluptates multitudine peccant gaſtrimargi:et vno modo/ ſuperfluo ventrem refartientes. ¶11.Qui rem abſentem deſiderat et ardet:triſtitia nō vacat

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Sēſuū illecebras reprimito | Eſto pudicus | Virtuti te natum memēto. |
| Cibo temperate vtitor | Eſto caſtus | Intēperantiā fugito |
| Potu ſobrius eſto | Candorem ſeruato | |

Liberalitas IIII

l Iberalitas eſt circa pecunie dationem/ acceptionemqꝫ ratiōe definita mediocritas. Noīe pecunie que numo cōpari ſolēt:cōprehēdimꝰ oīa ¶Prodigus ē q̄ ꝓpria diſſipando exuperat. ¶Illiberalis qui dādo deficit: aut accipiēdo exuperat. ¶Qui in dādo deficit:parcꝰ tenax/ ac aridꝰ noīať ¶Qui accipiēdo exuꝑat:ſi ex turpi meretricio:leno ex turpi mutui lucro:fenerator. Ex inhoneſto ludi lucro:aleator/ luſor. Ex adulatione paraſytus/ collax. Occulte fur/ latro/ raptor/ aut aliquid ſimile.

Queſtiones

| | | |
|---|---|---|
| 1 Quid. | 6 Cui magis | 11 Nunquid cū dat liberalis:dolet. |
| 2 Quot eius officia. | 7 Vtrum deterius | |
| 3 Circa que | 8 Qui magis liberales | 12 Nunquid facile ditetur |
| 4 Circa quod magis | 9 Qualis liberalis datio | 13 Quādo liberaliter agit |
| 5 Quid ei contrarium. | 10 Qualis illiberalitas | 14 Et vbi. |

Elementa

¶Elemēta. ¶2.Duo dare/ et accipere. ¶4.Circa pecunie dationē. ¶Potius virtutis eſt beneficia cōferre q̄ꝫ ſuſcipere. ¶Et honeſta patrare preclarius:q̄ꝫ nō admittere turpia. ¶7.Illiberalitas. ¶Viciū quo plures peccant/ ⁊ ad quod natura ꝓpenſiores ſumus:deterius eſt. ¶8.Qui ab aliis ſuas diuitias acceperūt. ¶Qui indigentiā non ſunt experti:quiqꝫ ſua minus amant:liberaliores eſſe cōuenit. ¶9.Voluntate affectabiles/ in noſtra poteſtate/ voluntarie/ delectabiľr ſciēterqꝫ operata. ¶10.Incurabilis ¶Viciū cuiꝰ cauſa vitari nequit:vix curabile eſt. Senectus ⁊ impotētia oīs:auaros facit. ¶11.Qui ſtudioſis operibꝰ pecunias anteponit:is ꝑfecto liberalis nō eſt. ¶12.Qui nō eſt ad capiendū ⁊ conſeruandū procliuis/ ſed ad erogandum potius:non facile ditabitur. ¶Breues ſententie.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Liberalis eſto. | Nudos operito | Lenocinium vitato |
| Alioꝝ miſereſcito. | Hoſpites colligito | Fenus execrato |
| Egenos viſitato | Mortuos ſepelito | Aleas fugito |
| Sitientes potato. | Parta conſeruato | Colacem odito |
| Famelicos paſcito | Parcus ne eſto | Nichil clam retineto. |
| Captiuos redimito | | |

Magnificētia IIII

m Agnificentia eſt circa ſumptuum magnitudinem recta ratione ſeruata mediocritas. ¶Qui exuperat:circa decoꝝ rudis ⁊ ſordidus. Qui dādo deficit:puſillus ⁊ paruificus nūcupatur. ¶Sex magnifici ꝓprietates. ſimilis eſt ſciēti. honeſtatis cauſa magnos et decētes ſumptus faciens.cū voluptate.ſine parcimonia.potius quo pacto opus pulcherrimū fuerit atqꝫ decēs:q̄ꝫ quāti cōſtiterit/ pauciſqꝫ numis fiat:ꝯſiderans. Ab equali ſumptu: mirabile ac magnificum opus faciens. ¶Queſtiones.

Queſtiones

| | | |
|---|---|---|
| 1 Quid. | 7 Eſt ne liberalitas paruificentia/ puſillitateqꝫ deterior | cum ſumptum faciunt |
| 2 Ad quot precipua magnifici opera. | | 12 An circa decorū rudis et puſillus vituperentur multum. |
| 3 Circa que. | 8 Quales magnifici. | |
| 4 Circa quod magis. | 9 An pauperes. | 13 Quādo magnifice agit. |
| 5 Quid ei contrarium | 10 An nō nobiles ⁊ glorioſi. | 14 Et vbi. |
| 6 Vtrum deterius. | 11 Qui ſemel magnifi- | |

Elementa

¶Elementa. ¶2.ad duo.primū ad dei cultū et heroum:vt temploꝝ extructiones/ dedicationeſqꝫ ⁊ ſacrificia.ſecundū ad rempublicā. ¶7.Vicium quod magis vitari queat:deterius eſt. In paruis defectū vitare facilius eſt. In magnis aūt nō deficere q̄ꝫ in paruis difficilius. ¶8.Proprietates. ¶9.Ii magnifici non ſunt:qui ꝓ dignitate magnos ſumptus facere nequeunt. ¶10.Iis qui magnos ſumptus pro dignitate facere poſſunt: cōpetit eſſe magnificos. ¶11.Qui magiſtratus ſubeunt:qui nouas vxores ducunt:magnificos ſumptus vel ſemel facere probantur. ¶12.Qui nullis nocent non multū vituperanť. ¶Breues ſententie.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Sancta loca inſtaurato. | Raro obſonator | Paruificus nil facito. |
| Deum templis honorato. | Clarus magnificus eſto | Luxum/ ſorditieqꝫ vitato. |

Magnanitas IIII

m Agnanimitas eſt virtus qua (cum ea magnis honoribus digna ſit) honorem aut inhonorationem:fortunam tum proſperam/ tum aduerſam moderate ferre poſſumus ¶Qui ſe magnis dignum faciēdo cum minime dignus ſit:exuperat/ lentus atqꝫ ſuperbus dicitur. ¶Qui vero ſe preclaris actibus et officiis et fortune bonis dignus priuando deficit:puſillanimus/ ac piger eſt. ¶Magnanimitatis ꝓprietates eſt caducorum bonorum contēptrix.ſola interna/ diuinaqꝫ bona reputans.in omni virtute magnū operans. eſt et quoddam virtutum ornamentum. ¶Queſtiones.

**Queſtiones**

1 Quid
2 Quanta ſunt magnanimi opera
3 Circa que
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Utrum deterius
8 Nūquid ſine aliis ꝟtutibꝰ
9 Qualis
10 Nūquid facile eſt magnanimū eſſe
11 Quomodo fert vtrāqꝫ fortunam
12 An nō eoꝝ quibus bene facit memoria ſit iucundior
13 An quoꝝ bñficia ſuſcipit.
14 An malorum iniuriarūqꝫ illaturum memoretur
15 An queratur
16 Quando magnanime agit
17 Et vbi

**Elementa**

¶Elementa ¶2. Magna. ¶Opera ſtudioſi qui ſe magnis honoribus dignū facit: magna ſūt. ¶4. Circa honores. ¶Uirtus magis eſt circa id qđ melius eſt. et honor externoꝝ bonorū maximū eſt. ¶7. Deterius eſt bona facere omittere: ꝙ ad bona conari. ¶8. Qui alicuiꝰ virtutis dignitate priuaꝛ: nō eſt maximo honore dignus ¶9. Proprietates ¶10. Difficile ē oēs cōſequi virtutes. ¶11. Moderate. ¶Qui pro maiori bono nō īmoderate extolliꝛ: neqꝫ pro minori. et qui pro maiori malo/ nō īmoderate triſtaꝛ: neqꝫ pro minori triſtabiꝛ. ¶12.13. Potioris virtutis officij memoria eſt iucūdior. Potius virtutis officiū eſt beneficia cōferre/ ꝙ ſuſcipere. ¶14.15. Eorum que magnanimus deſpicit nō recordaꝛ neqꝫ queritur

**Precepta**

| | | |
|---|---|---|
| Sēpiternis hereto | Proſperis ne extollitor | Honorem ne arrogato |
| Caduca contemnito | Ne deiicitor aduerſis | Ocioſus eſſe caueto |

**Modeſtia IIII**

m Odeſtia ē circa mediocres honores laudabilis mediocritas ¶Et qui circa eos exuperat: ambitioſus dicitur. ¶Qui vero deficit: aphilotinus et honoris appetitione vacans.

**Queſtiones**

1 Quid
2 Quot circa honores virtutes
3 Cur due et non due circa timores magnos et paruos et alias affectiōes
4 Circa que
5 Circa quod magis
6 Quid ei contrariū
7 Cui magis
8 Utrum deterius
9 Qualis
10 Cum honor maximum ſit externoꝝ bonorum an maximū honorē cupit.
11 Utrum magis ut honoretur potiuſue ut honoret cupiat
12 Qando modeſte agit
13 Et vbi

**Elementa**

¶Elementa. ¶2. Due. Magnanimitas et modeſtia. Magnanimitas quidem circa honores magnos: et modeſtia circa mediocres. ¶3. Cum affectiones ſolum ſecundum maximū difficultates afferant: circa mediocres nulla ponetur virtus. ¶9. In honoribus moderatus. ¶Qui in honoribus non effertur: in illis eſt moderatus. ¶10. Neqꝫ appetet neqꝫ faciet modeſtus: niſi ea quorum dignum ſe putat. ¶11. Qui honorat: officium preſtat. qui autem honoratur ſuſcipit.

**Precepta**

| | | |
|---|---|---|
| In dignitate modeſtus eſto | Propꝛ honorē ne illū querito. | Neqꝫ honorē dignꝰ recuſato |
| In magiſtratu tevix mōſtrato. | Uanā ambitionē eſſe cogitato. | Neqꝫ vnqꝫ arrogato. |

**Māſuetudo IIII**

m Anſuetudo eſt circa iram moderatiua mediocritas. ¶Qui iraſcendo abundat: iracundus eſt. Qui ſi ire incendium fouet difficile reconſiliabilis: inſenſus diciꝛ ¶Qui vero deficit: ira vacuus nuncupatur. ¶Manſuetus/ mitis. Ira eſt ob apparētē paruipenſionem atqꝫ contemptum: vindicte appetitus. ¶Manſueti ꝓprietates: perturbatione vacat. non dicitur ira. pro his et quanto tempore recta ratio iubet: iraſcitur. nō eſt ſui vindex: quin potius ad clementiam declinat. ¶Clementia eſt virtus punitionis moderatiua. Qui cauſā puniendi habet: punitionis modum excedēs: crudelis. Qui vero ſine digna occaſione in hominū penas ſeuit/ debacchaturqꝫ: ſeuus ac ferus dicitur. Secundū iniurie quātitatem digna punitio: cruciatus nuncupaꝛ.

**Queſtiones**

1 Quid.
2 Magnarūne irarū ſolū
3 Quot eius modi
4 Circa que.
5 Circa quod magis.
6 Quid ei contrarium.
7 Cui magis.
8 Utrum deterius
9 Quo differt a clemētia.
10 Qualis.
11 Delectabiliterne cōuiuit.
12 Cur potius ad indulgendum flectitur.
13 Quādo māſuete agit
14 Et vbi.

**Elementa**

¶Elementa. ¶2. Paruas iras refringere facile eſt: magnas aūt arduum atqꝫ difficile. ¶3. Duo. facile cōciliabiles: atqꝫ difficulter. ¶8. Uiciū ad qđ natura ꝓniores ſumus: deterius eſt. ¶9. Clemētia circa punitiōes eſt ⁊ ſuperioꝝ ad minores. ¶10. Proprietates. ¶11. Qui nulli moleſtus eſt ſed beniuolus eſſe cōtēdit: delectabiliter cōuiuit. ¶12. Satius ē paululum ad mīoris malicie latus declinare: ꝙ peioris vicij diſcrimini ſe cōmittere. ¶Breues ſentētie.

**Precepta**

| | | |
|---|---|---|
| Mitis eſto. | Aut ſpeculum cōſulito. | Quos punis hoīes memēto. |
| Iram cohibeto | Ut oportet iraſcitor. | Malis indulgere nolito. |
| Qꝫ corpus deformat ab aliis diſcito | Princeps clementiā ſeruato. tyrānos crudeles eē recordator | Licentia ne peccata creſcūto. |

**Affabilitas IIII**

a Ffabilitas eſt circa humanarū cōgreſſionū voluptates ac triſticias (cū ſine dilectione affectuue ſit) laudata mediocritas. ¶Et qui delectādi ſtudio nec ob aliud quicqꝫ exuperat: placidus/ qui emolumēti gratia: adulator. Qui vero oīa moleſte ferens deficit: difficilis/ ꝯtentioſuſqꝫ diciꝛ. ¶Affabilis ꝓprietates: oībus vt oportet ꝯuiuit. honeſtatis aut vtilitatis gratia id agit/ cōuictori turpe aliquid aut damnū facienti: aut qui ſibiipſi dedecori/ nocumentoue ſit: dolorem afferre eligit. dolorem afferre vitat: niſi maiora bona pendeāt. ¶Queſtiones.

**Queſtiones**

1 Quid.
2 Quot exuperationis modi.
3 Circa que.
4 Circa quod magis.
5 Quid ei contrarium.
6 Cui magis
7 Utrum deterius.
8 Quo amicitie cōueniat
9 Quo ab ea differat
10 Qualis.
11 Nonne interdum affert dolorem
12 Cur magis ad delectandum flectitur.
13 Quādo affabiliter agit.
14 Et vbi.

**Elementa**

¶Elementa. ¶2. Duo: ſolo ſtudio placēdi et ob aliud quicqꝫ. ¶8. Amicitia in humanis cōgreſſionibus verſatur. ¶9. Sine dilectione/ affectuqꝫ amicitia non eſt. ¶10. Proprietates. ¶11. Cum delectare/ doloremue non afferre dedecori aut detrimento ſit: dolorem afferre putabitur vtilius. ¶Breues ſententie.

**Precepta**

| | | |
|---|---|---|
| Affabilis eſto. | Promptior audito. | Que placēt preſuntqꝫ dicito |
| Salutato libenter. | Que audias bona ſunto. | Eademqꝫ facito. |
| Neminē irrideto. | Nulli detrahito. | Aliorū benefacta narrato |
| Incōpoſitos riſus vitato. | Doctiorem te audito. | Tua ſileto. |
| Parum loquitor. | Indoctos erudito. | |

**Ueritas IIII**

v Eritas eſt virtus qua quis qualis ipe ſit cum verbis/ tum factis palam oſtēdit. ¶Et qui preclara et maiora ꝙ inſint mendacio gaudens: gloriā aut lucrum affectās confingit: iactator et arrogās. Et qui que inſunt aut negat aut minuit: diſſimulator. Et qui parua aut manifeſta diſſimulat: delicatus/ et malicioſus. Qui vero diſſimulatione moderata vtitur: gratioſus vocatur.

**Queſtiones**

1 Quid.
2 Quot arrogātie modi.
3 Circa que.
4 Circa quod magis.
5 Quid ei contrariū.
6 Cui magis.
7 Utrum deterius.
8 Qualis q̄ nimia diſſimulatione vtitur.
9 Nonne verax aliquando falſum dicit.
10 An omne.
11 An omne verum.
12 Cur potius ad defectionem flectitur.
13. Quādo expedit veritas
14 Et vbi.

**Elementa**

¶Elementa. ¶2. Tres: ob mendacium/ ob gloriam/ ob lucrum. ¶8. Arrogans. ¶Et exuperatio et nimia defectio: ad arrogantiā pertinere videntur. ¶9. Cum nulli noceat: at proſit multum: grādeue futurum bonum īmineat: falſum dicere nonnūqꝫ videbitur expediēs. ¶10. Inhoneſta mendacia nunqꝫ expediunt ¶11. Uera illa que aliis dedecus detrimētūue ſint allatura: veridicus fugiet.

**Precepta**

| | | |
|---|---|---|
| Uerax eſto. | Nichil de te confingito | Non te culpato. |
| Uerba vite conſonanto | Non te collaudato. | Uerū nociturū taceto. |
| Mendacium fugito | Non te efferto. | Dictū/ factūqꝫ honeſtū eſto. |
| Alterius fame ne incūbito. | Non diſſimulato. | |

**Comitas. IIII**

C Omitas eſt in ioco et dicendo et audiendo que oportet: laudabilis mediocritas. Comis/ vrbanus/ dexter/ feſtiuus/ eutrapelus. ¶ Qui in ridiculis exuperat: ſcurra cachino et importunus eſt. ¶ Qui vero neq; facetus quicq; facit: neq; alioꝝ ſalis q̄cq; admittit: ruſticus/ agreſtis/ et durus nominat̄.

Queſtiones

1 Quid
2 Quot in ludo ſeruanda
3 Circa que
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrariū
6 Cui magis
7 Utrum deterius
8 Quo differt comis iocus a ſcurre/ cachinoniſq; ioco.
9 Qualis.
10 Nūquid audientes dolore afficere intendit.
11 Nonne potius oblectare.
12 Nunquid oībus facetiis vtetur.
13 Quando comiter agit.
14 Et vbi.

Elementa

¶ Elementa. ¶ 2. Nouem. quantū/ gratia cuius/ quale/ quis/ quo/ in quo/ quādo/ vbi/ quomodo. ¶ Quot recta ratio iubet: in vnaquaq; virtute obſeruare oportet ¶ 8. Finem in ioco iociue delectatione non conſtituit comis. ¶ Comi turpiū factoꝝ et obſcenitatis verborum/ omnis licentia abeſt. ¶ Quibus oportet perſonis/ tempori et loco: iocos/ ſaleſq; digne accōmodat. ¶ 9. Ludoꝝ honeſtatē ſeruans vrbane iocos/ ſaleſq; perſonis tempori et loco accōmodās. ¶ 10. Jd nō intēdit comis: qđ comitatis finē īpedit. Finis comitatis/ recreatio: relaxatio/ quieſq; quedā eſt. ¶ 11. Jd comē intendere perſpicuū eſt: ad quod recta ratione iocus ordinat̄. ¶ 12. Facetiis quas leges vetant non vtetur eutrapelus.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Dexter/ comiſq; viuito | Perſonis/ loco/ tpi accōmodato | Hiſtriones |
| Feſſus recreator | Omnis obſcenitas abeſto | Scurras |
| Jocus caſtus eſto | Choreas/ aleaſq; fugito | Cachinones |
| Eſto commodus | Turpes facetias vitato | Scōmataq; damnato |

Juſtitia V

I Uſtitia eſt virtus qua hoīes iuſtoꝝ ſunt operatiui: et qua iuſta volunt/ ac faciūt. Juſta ſūt ad alterū facta officia. Habitus vero quo quis res vult iiuſtas/ iniuriaſq; agit iniuſtitia eſt. ¶ Juſtitiarum hec legitima eſt qua q̄s leges cōdit/ conditas diſcernit: cōdita autē et decreta exequi curat: et qua eius ſtudiū in beatā vitā et cōmune bonū dirigit: & hec iuſtitia tota dicit̄. Hec vero equitas: qua quis neq; plus neq; minus aut accipit aut tribuit: ſed ut vnuſquiſq; dignus ſit ac mereat̄: et hec iuſtitia que pars eſt noīat̄. Quaꝓpter et iniuſtus eſt qui a ſancta legū gubernatione deuius: publicos mores prauos inducit: aut eiꝰ indulgētia: cum ad ipſū eoꝝ correctio ſpectat: pullulare ſinit. Et iniquus qui plus: minuſue accipit aut tribuit q̄ꝫ oporteat ac dignū ſit ¶ Equitatū quedā eſt cōmuniū diſtributiua: qua ex cōmunibus bonis vnicuiq; ut dignus ſit ac mereat̄: diſtribuit̄. Jlla vero cōmercioꝝ commutatiua que eſt eoꝝ que ab vno in alterū cōmutāt̄: equitas. Cōmertioꝝ quedā ſponte faciunt hoīes queutraq; ꝑtiū volēte fiūt. Et ſūt vēditio/ emptio/ mutuatio/ vadimoniū/ locatio/ depoſitio/ mercede cōductio. quedā vero ſūt que inuitis fiūt: que nō vtraq; partiū volēte fiūt Et hec aut clandeſtina ſūt que altero neſciēte ɔmittūt̄. et ſūt furtū/ adulteriū/ veneficiū/ lenociniū/ ſeruoꝝ ſeductio/ cedes cum dolo/ falſū teſtimoniū. aut violēta ſunt cū alteri violētia irrogat̄. et ſunt verberatio/ vincula/ mors/ rapine/ mēbroꝝ captio/ cōuitiū/ contumelia. Cōparatio rationū geometrica eſt duarū adinuicē rationū ꝓportionūq; equalitas. Quequidē ꝓportiones ſi terminoꝝ aliquo cōmunicāt: cōtinua. ſin vero nullo: cōparatio rationū diſiuncta vocat̄. Proportiones que eiuſdē ſunt denominationis: equales dicimus. Cōparatio rationū arithmetica eſt cum differentie ꝓportionū ſunt equales.

Queſtiones

1 Quid
2 Quot equitatū ſpecies
3 An duoꝝ vicioꝝ ſit medietas
4 Circa que iuſtitia legitima
5 Nōne virtutū ꝑclariſſima
6 Circa que cōium diſtributiua
7 Circa q̄ ɔmercioꝝ cōmutatiua
8 Eſt ne cōmuniū diſtributiua ſcđm aliquā rōnū cōparationē
9 Nōne ſcđm geometricā
10 Nōne cōmercioꝝ cōmutatiua ſcđm rationū cōparationē arithmeticā attēdēda eſt.
11 Eſt ne cōmutabilium vna communis menſura.
12 Que vera
13 Per quales iniurias dicit̄ quis iniuſtus.
14 Nōne iuris actio int̄ iuſtitie extrēa mediat
15 An q̄ iniuriā patit̄: iccirco dicēdꝰ ſit iiuſtꝰ
16 Quando iuſte agit
17 Et vbi

Elementa

¶ 2. Due: cōmuniū diſtributiua et cōmerciorū cōmutatiua. ¶ 3. Juſtitia eſt inter iniuſtū facere et iniuriā pati. Jniuriā aūt pati nō malum ſed pena eſt. nō enī voluntariū neq; vituperabile eſt. ¶ 4. Circa ea que rite leges ſtatuunt & vetant. ¶ 5. Preclarior virtus ad ſe & ad alterum eſt ea que ad ſe ſolum/ et ad cōmune bonū & vite ſufficientiam: q̄ꝫ que ad particulare. ¶ 6. Circa diſtributiones bonorū & malorū. ¶ 7. Circa cōmutationes bonoꝝ. ¶ 8. Ubi premium ad premiū aut pena ad penā ſicut meritū ad meritū aut delictū ad delictū: aliqua rationū cōparatio eſt. ¶ 9. Juſtitia cōmuniū diſtributiua: fit ſecundū equalitatē duarū adinuicem proportionū ¶ 10. Comparatio rationū arithmetica tūc eſt quādo eſt proportionum/ differentiarū equalitas. Jn iuſtitia cōmerciorū cōmutatiua attendit̄ equalitas: ſecundū differentiarū ꝓportionū equalitatē. ¶ 11. Omnia numo mēſuramus. ¶ 12. Jndigentia humana. ¶ Ea eſt vera commutabiliū mēſura: ſecundū cuius exigentiā homines cōmutāt & qua exiſtēte fit cōmutatio/ qua vero non exiſtente nō fit. Si enī homines nullo egerēt: neq; inter eos vlla quidē rerum cōmutatio fieret. ¶ 13. Per operationes iniuſticie habitum ſequētes. Nam iniuſtitia habitus eſt qua quis res vult iiuſtas/ iniuriaſq; agit. ¶ 14. Juſtitie actio eſt inter plus et minus. ¶ 15. Qui iniuriā patitur non iccirco res vult iniuſtas/ iniuriaſq; agit.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Juſtitiam colito | Jpſum propiciato | Cōmunius bonū preferto. |
| Legibus obſequitor | Proximos amato. | Equitatem ſeruato. |
| Deū naturāq; preponito. | Parentes honorato. | Jniuſtum ne imitator |
| Deum timeto | Benefactor eſto | Exleges fugito. |
| Deū ſuper cuncta diligito. | | Stateram non tranſilito. |

Juſtū ciuile V

I Uſtum ciuile eſt quod in equaliū vita conſtitutū eſt: vt eorū que ad vitā pertinent/ ſufficientia ſit. Equales ſunt quorū nullus aut natura aut ciuiliter alteri ſubditus eſt Herile iuſtum eſt quod domini eſt ad ſeruū. Paternū vero: quod patris eſt ad filiū. Quod vero viri eſt ad vxorem: economicum/ et rei familiaris iuſtum dicit̄. Juſtorū ciuiliū quoddā eſt naturale: quod vbiq; vim habet eandē. Aliud vero legitimū: quod a principio quidē an aliter fiat/ nichil refert: cum vero poſitū fuerit/ refert. Juſtū ciuile igit̄ eſt quod natura/ aut inſtituto eſt. Jtidem et iniuſtū. Jus eſt que ſponte fit iniurie emendatio. Cum vero quiſpiam ſua ſponte queq; indigne ledit: preter eius qui leditur voluntatē: iniuriā facere dicitur. Cui vero talis iniuria preter eius voluntatē facta eſt/ is iniuriā patitur. ¶ Eſt preterea equitas et bonitas virtus: qua quis recte legem ea ex parte qua ob vniuerſale deficit/ emendat. qui autem emendat equus et bonus dicitur.

Queſtiones

1 Quid abſq; iure/ aut iniuria.
2 Quot modis circa hominū cōmunicationē infertur nocumentū.
3 Circa que.
4 An herile iuſtū paternum/ aut economicū: ciuile ſit.
5 Quod eorum ipſi ſimilius.
6 Nōne aliquando fiat iuſtum aut iniuſtum ſua ſponte patiatur.
7 An quecūq; patimur ſciētes: ſint inuoluntaria
8 An quecūq; facimus ignorātes ſint venia digna.
9 Qualis.
10 An facile ſit iuſtū/ aut iniuſtum eſſe.
11 An facile: iuſta ab iniuſtis ſecernere.
12 An iuſti eſt iniuriā facere.
13 Utrum quis iniuriam.
14 An in alicuius ſit poteſtate: ut quiſpiam iniuriā patiatur.
15 An lex ut dirigatur: aliquando aliquo egeat.
16 Quando iuſte agēdum eſt.
17 Et vbi

Elementa

¶ 2. Tribus modis. Primū ignorantia/ et non ſponte: ſponte quidē et ſine electione: poſtremo vero cum ſponte tum electione infertur nocumentū. ¶ 3. Juſtū ciuile circa bona et mala equalium: ne plus minuſue fiat. Herile cōſimiliter circa bona et mala domini ad ſeruum. Paternū patris ad filium. et Economicum viri ad vxorē. ¶ 4. Diffinitiones. ¶ 5. Economicum. ¶ Juſtum in quo minor eſt inequalitas & maior ad equalitatē vite acceſſus: ciuili iuſto ſimilius eſt. ¶ 6. Jnterdum coacti iuſtū faciunt homines: et interdum nō ſponte aliquid iniuſtum. ¶ 7. Multa patimur ſcientes a natura: ut ſeneſcimus/ et morimur. ¶ 8. Qui affectione ignorātes peccant/ & ſue ignorātie conſcij: non ſunt venia digni. ¶ 9. Uoluntarie/ ſcien-

ter/ ac delectabiliter cuiqꝫ quod ſuũ eſt tribuens. ¶10. Non eſt facile attingere mediũ ⁊ vnãquãqꝫ prudẽtie circũſtãtiã alteri tribuẽdo qđ ſuũ eſt obſeruare. Nõ eſt facile ex iniuſtitie habitu iniuſta cõmittere. ¶11. Itidem neqꝫ facile eſt leges/ cõſulta/ decreta/ et cetera id genus recte inſtituende vite precepta: cognoſcere. ¶12. Iniuriã facere eſt ſponte quempiã ledere preter voluntatẽ eius qui leditur. ¶13. Iniuriã pati eſt aliquẽ iniuriã preter eius voluntatẽ ſuſtinere. ¶14. Non eſt in poteſtate alterius ut quis inuite iniuriã ferat. ¶15. Quod nonnũqꝫ deficit: et non ſemper obſeruari honeſtum eſt/ interdũ quo dirigatur egere neceſſe eſt.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Cuiqꝫ ſuum tribuito. | Mandata exſequitor | Precepta tenento. |
| Parem patitor. | Dominũ diligito. | Vir vxorem diligito. |
| Seditionem vitato. | Pater liberos alito | Vxor virum obſeruato |
| Superioribus obedito. | Ipſos erudito | Vterqꝫ fidem ſeruato. |
| Domini preſunto | Virtutibus formato. | Integrãqꝫ vite ſocietatẽ. |
| Familiam curato. | Liberi libenter parento. | Sine rixa/ ſine querela viuũto |
| Quod iuſtũ eſt mandato. | Parentes audiunto. | Vir acq̄rito. parta cõſeruato. |
| Seruus obedito. | Amanto/ honoranto. | Mulier caſta/ fida tpãſcꝛeſto |
| Videns/ audiens/ tacitus. | Magiſtros venerantor. | Sedula domũ curato. |
| Spõtaneus/ impiger/ fidus. | | |

Amicitia. VIII

a Micitia eſt mutua aliquorũ beniuolentia cũ eos non lateat: et alicuius quidẽ boni gratia. Que ſi cõmodi gratia fuerit: amicitia vtilis dicitur. Si vero voluptatis gratia: amicitia delectabilis eſt. et he due amicitie per accidens/ et non vere amicitie dicuntur. Eſt eni amicitia per accidens. cum quis nõ ſuipſius ſed alterius gratia/ amatur. Si vero virtutis gratia fuerit: amicitia ſtudioſa dicit̃: et per ſe et vera amicitia. Eſt eni amicitia per ſe qua quis ſuipſius et boni gratia quod intra ſe eſt amatur. Eſt et amicitia in excellentia cõſtituta que eſt aut ſuperioris ad inferiorẽ aut inferioris ad ſuperiorẽ. ¶ Tres ſunt rei publice ſpecies: et que in ipſis ſunt amicitie polytice dicũtur: et tres earũ oppoſite tranſgreſſiones/ labeſqꝫ. Prima eſt regia: et eſt principatus vnius non ſuũ propriũ ſed regni cõmune bonũ intendentis ⁊ qui in ea preeſt: rex dicitur. Tyrãnus eſt principatus vnius ſuum quidẽ proprium et nõ regni/ ſubditorũqꝫ bonũ intendentis. Et eſt regno oppoſita tranſgreſſio: et qui preeſt tyrannus appellatur. Secũda optimorũ poteſtas: et eſt cum per ſtudioſos ⁊ optimos ciuitas gubernatur: que et ariſtocratia nominatur. Qui in ea preſunt optimates ⁊ magiſtratus dicũtur. Et ei opponitur paucorũ poteſtas. que et oligartia dicitur. et eſt cum per paucos/ prauoſqꝫ non ſecundũ dignitatẽ bona diſtribuẽtes: ciuitas gubernatur. Tertia eſt cenſupoteſtas cum per multos mediocres et diuitum et pauperũ cõmune bonum intendentes: ciuitas moderatur. et hec timocratia dicitur. Cui popularis poteſtas et democratia opponitur: que eſt cũ per multos mediocres ciuitatẽ gubernantes: ſolum plebeorũ bonum intenditur. Amabile eſt bonũ: aut quod tale appareat. Amabile ſimpliciter: bonũ eſt ſimpliciter. Amabile alicui: eſt cum tale ſit aut nõ: alicui appareat bonum.

Queſtiones vtilis aïcitie

| | | |
|---|---|---|
| 1 Quid. | 6 Vtrum eã loca tollant. | 13 Per quid cõſeruatur |
| 2 Nonne ſecundũ eam contigit multos habere amicos. | 7 An principiũ eius beniuolentia ſit. | 14 Nonne accuſationes et querele in ea fiunt. |
| 3 Cuius etatis viri eam maxime querunt. | 8 An in ea plurimis opus ſit amicis. | 15 Quando indiget homo vtilibus amicis: |
| 4 Cuius cõditionis hominibus. | 9 Qualis. | 16. Et vbi: |
| | 10 Anne cito ſolubilis. | 17 Quomodo retributio facienda eſt. |
| | 11 An perfecta. | |
| 5 Nonne per accidens. | 12 In quo conſiſtit. | 18 Nonne ſecundũ recipientis extimationem |

Et eedem queſtiones de amicitia delectabili et ſtudioſa formari poſſunt.

Elementa

¶ Elementa. ¶2. A pluribus vtilitatem recipere cõtingit: et pluribus vtilem eſſe. ¶3. Senes. ¶ Que nature deficientis/ indigentiã ſubleuante egent: maxime vtilitatis amicos querunt. ¶4. Inter cuiuſcũqꝫ cõditionis homines poſſunt vtilia cõmutari. ¶5. Diffinitio. ¶6. Aliqua loca cõmodum tollunt. ¶7. Principiũ vtilis amicitie eſt vtilitas. Et beniuolentia/ bonũ aliquod amico/ ⁊ eius gratia volumus. ¶8. Iis amicis quibus in amicitia bene ſatiſfieri nõ poteſt: opus nõ eſt. ¶9. Per accidens/ imperfecta/ nõ vera. ¶10. Cuius amicitie cauſa nõ permanet: ⁊ ipſa cito ſolubilis eſt. ¶12. In equalitate. ¶ Sine equalitate in amicitiis accuſatiões ac querele fiunt. ¶13. Per cõdignã retributionẽ ſeruat̃ vtilitatis equalitas. ¶14 Accuſationes ⁊ q̄rele fiunt: vbi plerũqꝫ nõ fit cõdigna retributio. ¶15. Quãdo eſt in neceſſitate cõſtitutus. ¶ Maxime indiget homo vtilibꝰ amicis: quãdo vtilitas indigẽtiã leuat. Et ita de vbi. ¶17. Compẽſando vtilitatis equalitatẽ. Equalitas eni oẽm amicitiã ſaluat. ¶18 Retributio faciẽda eſt ſcd̃m extimationẽ eius qui quantũ ꝑceperit beneficij: melius nouit.

Elementa Delectabilis

¶ Elemẽta ꝓ amicitia delectabili. ¶2. A pluribꝰ delectationẽ recipere/ ⁊ pluribꝰ delectabilẽ eſſe ꝯtingit. ¶3. Iuuenes cito labẽtis cui dãnum nõ experti: etatẽ habent laſciuiuſculam. ¶4. Cuiuſcũqꝫ ꝯditionis viri poſſunt ſibi mutuo delectabiles eſſe. ¶6. Preſentia rerũ ⁊ nõ abſentia oblectamẽ/ delectationẽqꝫ affert. ¶7. Pricipiũ delectabilis amicitie: voluptas eſt. ¶8. Plurimis placere: difficile eſt. ¶9. ut in ꝑcedẽti. ¶10. Cuius cauſa nõ ꝑmanet: ea amicitia cito ſolubilis eſt. ¶11. 12. 13. 14. Eadẽ cum precedẽtibus. ¶15. Quãdo in anxietate ac faſtidio fuerit conſtitutus. ¶ Maxime eget homo delectabilibus amicis: quãdo maxime delectatio iuuat. ¶16. 17. ut precedentia.

Elementa Studioſe

¶ Elemẽta ꝓ ſtudioſa amicitia. ¶2. Difficile eſt multos longa ꝯſuetudine ꝓbatos: ꝓpt̃ honeſtatẽ vehemẽter amare. Rari reperiunt̃ ſtudioſi. ¶3. Adulte etatis. ¶ Eius etatis eã viri querũt: q̄ macti virtute eſſe poſſũt. ¶4. Solis bonis. ¶ Amicitia q̄ mutua eſt ꝓpter virtutẽ cõſuetudo: nõ niſi ſtudioſis ꝯuenire poteſt. ¶5. Non. ¶ Diffinitio. ¶6. Nõ omnino. ¶ Loca probitatis mutuã beniuolentiã non tollunt neqꝫ virtutẽ impediunt. ¶7. Amicitie ſtudioſe beniuolentia principiũ eſt. ¶ Eius amicitie qua amico ꝓpter ipſm bonum volumus beniuolentia principiũ eſt. ¶8. Non. ¶ In ea amicitia vbi nõ cõtingit multos habere amicos: minime opus eſt plurimis amicis. ¶9. per ſe/ ꝑfecta/ veraqꝫ amicitia. ¶ Amicitia qua quis ob per ſe/ perfectum et verum bonũ amatur: per ſe/ perfecta/ veraqꝫ amicitia eſt. ¶10. Non ¶ Amicitia cuius cauſa permanet: nõ facile ſoluitur. ¶12. In equalitate bonitatiſqꝫ aſſimilatione. ¶ In eo conſiſtit amicitia ſtudioſa: quo nõ exiſtente ſoluitur. ¶13. Per bonitatis aſſimilationem. ¶14. Non. ¶ In ea amicitia qua amicus ꝓpter ſe diligitur/ ⁊ a quo nichil expetitur: non fiunt querele. ¶15. Semper. ¶ Semꝑ homini ſtudioſo opus eſt iis quibuſcũ delectabiliter viuat/ et quibus beneficia cõferat. ¶16. Vbiqꝫ cõſimiliter. ¶17. Secundum electionẽ. ¶ Studioſi eſt ſecundũ electionẽ operari. ¶18. Amicus ſtudioſus in iis que retributionis extimationẽ habent: id quod honeſtum eſt facit. Honeſtum aũt: recipienti retributionis faciende optionem relinquere.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Commodus eſto. | Vtilitatẽ fugacẽ cogitato. | Verã amicitiã querito. |
| Parẽ gratiã referto. | Momentaneã voluptatẽ. | Iuuentam colito |
| Beneficiis vincere ſtudeto. | Tales ſuos amicos cõiectato. | Et eius amicos obſeruato. |

Vid amicitia que in excellentia: et quid ciuilis iam diximus.

Amicitia in excellentia VIII Queſtiones

| | | |
|---|---|---|
| q 1 Quid. | 7 Patris ne ad filiũ an contra maior ſit amicitia. | 13 Cur beneficiũ conferens magis cum cui beneficiũ contulit q̄ꝫ contra diligit. |
| 2 Quot ciuilis amicitie ſpecies | 8 Qualis. | |
| 3 Quot ipſis ſimiles. | 9 An pater an ne mater potius filios amat | |
| 4 Nõne amicitie ſupioris ad inferiorem et cõtra ſpecie differunt. | 10 Quid viri ⁊ vxoris coniunctionem cõſeruat | 14 An omnia patri ſint exhibenda |
| 5 Vtra paterna amicitia an regia maior ſit | 11 An licet filio abdicare patrẽ | 15 Cur potius ea que ad vite ſuſtentationẽ |
| | 12 An patri licet abdicare filium. | 16 Quãdo preſtãda ſunt |
| 6 An in tyrãnide ſit amicitia | | 18 Et vbi. |

Elementa

¶2. Tres: regia/ optimatum/ ⁊ cenſupotentũ. ¶ Tot ſunt ciuilis amicitie ſpecies: quot ſunt ſpecies reipublice. ¶3. Tres: herilis/ paterna/ economica. ¶4. Amicitie que diuerſa opera habẽt/ et rationes amãdi diuerſas: ſpecie diſſident. ¶5. Amicitia qua amatus plura ac ma-

iora bona ſuſcipit maior eſt.recipiunt liberi a parentibus et eſſe et vite ſuſtentationem. ¶6 Ubi nõ eſt iuſtũ: et vbi qui preeſt inferiorũ bonũ non intendit/ ſed ſibi vſurpat: amicitia nõ eſt. ¶7. Quanto quis magis cognoſcit: magis diligit.et artifex magis opus ſuũ diligit ꝙ cõtra ab opere diligatur. ¶8. Quedã vtilis/ quedã delectabilis/ ⁊ quedã honeſta. ¶9. Qui maiore labore bona ſibi cõquiſierunt: et ipa magis diligunt. ¶10. Proles. ¶Jd viri ⁊ vxoris cõiunctionem ſaluat: cuius carentia ſocietas ſoluitur. ¶11. Qui ſemp ad benefaciendũ manet obligatus: ei abdicare nõ licet. Abdicare enĩ eſt aliquẽ omnino neq̃ curã eius gerendo: neq̃ beneficiũ vllum preſtãdo: relinquere. ¶12. Cui debetur: abdicare licebit. ¶13. Qui beneficiũ contulit: eſt ut artifex. ¶14. Alia ſunt exhibenda deo/ alia principi/ optimatibus/ parentibus/ equalibus/ et inferioribus. ¶15. Que filij a parentibus ſuſceperunt: ut fieri poteſt ⁊ eis eadẽ preſtare ꝯſentaneũ eſt. Deo atq̃ parẽtibus dignũ nemo vnq̃ reddere poteſt.

Precepta

| | | |
|---|---|---|
| Princeps ſubditos amato. | Liberos/ familiaq̃ curato. | ¶Inferiorũ officia. |
| Et ſubditi pricipẽ venerãtor | Liberi famuliq̃ obſequũtor | Supioribus bona cupiũto. |
| Magiſtratꝰ populũ dirigito. | In thori ſocietate ꝯcorsviuito | Grati/ beniuoliq̃ ſunto. |
| Et populus obedito. | ¶Supiorũ amicitie iura. | Dociles ſe prebento |
| Ciues ciuibus cõcordanto. | Inferioribus benefacito. | Libenter parento. |
| Humane ſeruos tractato. | Docto/ precipito. | Beate viuere aſſueſcũto. |
| Et ſerui domino parento. | Et omnino in bonũ dirigito. | |

Studioſa amicitia VIIII

q Ue ob virtutem amicitia ſit: dictum eſt. Cuius tria ſunt opera: beniuolentia/ beneficentia/ concordia. Beniuolentia eſt cum quis alicui et illius quidẽ gratia bonũ vult. Beneficentia cum que bona ſunt/ aut bona putat: alicui/ et illius quidẽ gratia voluntarie facit. Concordia vero cum quis alicui cõuiuens eadem eligit/ iiſdem gaudet/ ⁊ iiſdem quoq̃ triſtatur ¶ Uere amicitie ſex ꝓprietates. eſt per ſe amicitia. maxima amicitia. permanens. perfecta. optima. rara.

Queſtões amicitie ſtudioſe

1 Quid.
2 Nõne tria amicitie opa: ſtudioſo ad ſe cõueniũt.
3 Nõne ſtudioſo ad amicũ
4 Nũquid prauis ad ſe
5 Quot amicitie interiores actus.
6 Quis eoꝝ potior
7 Circa quem magis.
8 An honorari preſtabilius ſit ꝙ amari.
9 Nũquid poſtea ꝙ amicus factus ẽ prauus: debet ſtudioſus amicus manere.
10 Nũquid iterũ ſi amicoꝝ alter ab ineunte etate puer maneat: alter vo virtute proficiens vir optimus euadat/ manere debet amicitia.
11 Qualibus amicis opus eſt felici.
12 Nunquid vtilibus/ aut delectabilibus.
13 Quare amicorum vera amicitia: bonitatem adauget.
14 Cur maloꝝ prauitas eoꝝ amicitia e diuerſo augeť.
15 Quãdo amicoꝝ preſentia delectabilis ẽ: et vtendũ eſt amicis.
16 Et vbi.

Elementa

